Est — 27

Nº — 139

R. 15
5/3

C. 29
C. 8

P. BELOII I.C.

ET IN SENESAR-
CHIA THOLOSANA
Regij Conſiliarij Vario-
rum Iuris Ciuilis

LIBRI QVATVOR

*Item diſputationes aliquot quarum
numerus hic ſequitur,*

De ſucceſſ. ab Inteſtat.
De Iur. pignor. vel marq.
De Compenſat.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SEVILLA

IHS LIBRERIA DEL COLEGIO D S H

PARISIIS,

Apud Geruaſium Mallot, via Iacobęa, ſub
ſigno Aquilæ aureæ.

CVM PRIVILEGIO REGIS.

1583.

ORNATISSI-
MO ET ILLVSTRIS-
SIMO IOHANNI STEPHA-
no Durando ſacratiſſimi conſi- ſtorij Regio Conſiliario honora- tiſſimo & ſenatus Tholoſani me- ritiſſimo principi P. Beloius S.

CVM illud homines natura datum acceperint (præſes illuſtriſſime), vt nullus adeo hebes ſit, qui perpetui nominis gloriam negligere videatur, cuius item cauſa non immerito ſortis humanæ fatum æquo tuliſſe animo facile dici poſſit: Accidit vt qui plurimùm eô teneantur; multo magis quoque, aliorum parta dignitate cõmoueri ſoleant, quomodo Temiſtoclem, Miltiadis, Trophæis, excitatũ accepimus Quod & illud mihi iãdiu in re literaria cõ-

tigiſſe negare non poſſum; Itaque cùm varias ætatis noſtræ iuriſperitorũ percelebres lucubrationes à peritis omnib⁹ honeſtè ſuſcipi audierim, hoc ſumme tẽtãdum decreui, vt cum reliquis eiuſdem profeſſionis hominibus publicis ſtudijs inſudans, partem aliquam grati officij iuris ſtudioſi accepto mihi ferre debeant. Quocirca poſt tractatam per annos quoſdã iuriſprudentiam in Academia noſtra Tholoſana, cum illorum applauſu maximo, (id non diffitebor) varia quædam mihi nunc exciderunt, quæ huius artis ſacerdotibus nõ omnino fortaſſis inutilia videri poterunt; horum autem priora tuo nomine in publicum proferre conſtitui, qui mihi ſemper huiuſce ſuſcipiendi laboris, & ornandæ iuriſprudentiæ author fueris: Sed & quod amplius apud me valere debuit, chariſſimum me familiamque noſtram ſemper habueris, Poſtremum illud addam maximum, quòd in hac re quid ego præſtiterim te ſolum iudicem expetam, qui & literatiſſimus, à maiore quo-

que tuo Guilelmo Durando, monte Peſſulano ciue, Epiſcopo Mimetenſi familiæ tuæ decus, & apud eruditos ornamentum acceperis; hic enim adoleſcẽs adhuc, & annũ 30. non ita multum egreſſus, exceſſit è vita, poſtquàm eximium opus quod ſpeculũ inſcripſit abſoluiſſet anno 1272, ſub Philippo 3. Rege Chriſtianiſſimo S. Ludouici filio, ex quo magnam ſibi ſuiſque gloriam peperit. En igitur illud quod in hac re tentaui; teque pro tua humanitate rogatum velim vt æquum animum, æquo animo feras, nec quam ſæpius erga me, meoſque beneuolam expertus ſum volũtatem imminuas. Vale Lutetiæ. 14. cal. Iulij CIↃ. IↃ. *LXXXIII.*

πρὸς τὸν ἀναγνώστην

πλεῖστα παρ᾽ ἀλλήλων διέκρινθεν λεκτικὸς ἑρμῆς
  βουλαίᾳ τε θέμις, τοῖς προτέροισι χρόνοις,
ὅττι θέμις βασίλεια νόμων πέλ᾽ ἔπεσιν ἄκομψος
  ηὔδα δ᾽ ἑρμείας μειλιχίοισι λόγοις,
Ζεὺς οὖν ἡδυεπὴς ἀγορητὴς νείκεα λύσας,
  ἑρμείην λόγιον, πεῖθε θέμιστα γαμεῖν;
ζητοῦντος δὲ τρόπον γαμέειν, ὣς μητίετα Ζεὺς
  χρύσιον ἐξηύδα καὶ πτερόεν τὸ ἔπος;
ὅστιν ἀνὴρ παρὰ τοῖς κελταῖς πάμπαν νομοΐστωρ
  πέτρος βελλαῖος, κεῖνος ἅπαντα τελῇ:
ἦ μάλα τοῦτο ἔπος κρονίων νημερτὲς ἔειπε,
  οὗτος γὰρ βίβλος σ᾽ ἑρμόνομος πέλεται.

F. DE MACHAVLT.

AD. P. BELOIVM. I. C. A. NESMVNDI, IN MAgno Concilio Regij Conſiliarij Epigramma.

Non hederam, hoc verſu, varijs ſuſpendo libellis:
Nãque ſui iudiciũ pagina docta dabit.
Hanc decet ô Beloie tuæ pręcingere frõti.
Vt vireas, per quem Marcida iura virent.

Extraict du Priuilege du Roy.

PAR grace & priuilege du Roy, il eſt permis à Geruais Mallot marchant libraire iuré en l'vniuerſité de Paris, d'imprimer & expoſer en vente vn liure intitulé *P. Beloy Iuriſconſulti & in Seneſarchia Tholoſana Regij Conſiliarij Variorum iuris ciuilis libri quatuor. Item diſputationes totidem &c.* Et ſont defenſes faictes par ledict ſeigneur à tous libraires, imprimeurs, & autres de ce Royaume, n'en imprimer, vendre ny diſtribuer, ſinon ceux qu'aura imprimé ou faict imprimer ledict Mallot, ou de ſon conſentemét, iuſques apres le téps & terme de ſix ans finis & accóplis apres la premiere impreſſion, à peine de confiſcation de ce qui s'en trouueroit d'imprimez ou venduz au cõtraire & d'amende arbitraire, veult en oultre ledict Seigneur, que mettãt par brief le cõtenu de ce preſent priuilege au commencement ou à la fin de ce liure, que cela ſerue de ſignification, tout ainſique ſi l'original eſtoit particulieremét ſignifié à vn chacun : comme plus amplement eſt declaré par les lettres dudict Seigneur ſur-ce donnees à Paris le 22. Iour d'Apuril 1583. Et de noſtre regne le neufieſme.

Par le Conſeil.

COVVAY.

PETRI BELOII IVRISCONSVLTI, ET IN SENESARCHIA THOLOſana Regij Conſiliarij meritiſſ. Variorum Iuris Ciuilis, lib. 4.

LIBER PRIMVS.

CAPVT PRIMVM.

1. *Imperium merum quid ſignificet.*
2. *Magiſtratus Romanos ius gladij non habuiſſe.*
3. *Ob crimina magiſtratus po. Ro. conuocare ſolitos.*
4. *Quis ſit qui Imperium habeat.*
5. *Publica iudicia cur appellentur.*
6. *Mixtum Imperium apud noſtros quid ſit.*
7. *Mixtum Imperium ius gladij continet.*
8. *Quæ ſpecies iuriſdictionis in mixto Imperio verſetur.*
9. *An gladium mixto Imperio cohærens poſſit demandari.*

NON immeritò ab Vlp. reſponſum eſt lib. 1. regul. ius dicentis officium eſſe latiſſimum: nam vel in imperio vel in iu-

riſdictione verſatur, l.1.ff. de iuriſd. omn.iud.imperium illud iudicantis arbitriũ eſſe dicimus, quod iuris neceſſitati non ſubijcitur, l. non quicquid,ff.de iudic. quodq; Paulus poteſtatẽ appellat [1] in l.poteſtatis,ff.de verb. ſignif. Iſtud verò aut merum aut mixtum eſt:merum ab Vlpiano definitur habere gladij poteſtatem ad animaduertendum in facinoroſos homines in l.3.ff.de iuriſd. omn. iudic. eóque nomine donatum ab omnibus approbatur, quod purum & ſimplex eſſet, nec quicquam in ſe iuriſdictionis complecteretur, nam nec aliqui in rep.Romana erant magiſtratus, qui hoc iure vti poſſent. Itaque regibus etiam imperantibus eos criminales quęſtiones exercuiſſe Dionyſ. Halicarnaſſ. lib.4. teſt.Illis autem exactis Valer.Publicolam legem rogaſſe dicitur, qua ad P.R. de capite prouocatio foret, vt eſt apud

Liuium lib. 2. qui & idem auctor eſt lib. 3. Eandem à M. Horatio, & L. Valerio Conſſ. renouatam, quin & huic amplius additum, vt ſi quis ſine prouocatione magiſtratus crearetur, cum ius fáſque eſſet occidi: cui etiam denique M. Valerius Max. adiunxit, ne cui [2] magiſtratui ciuẽ Romanũ verberare liceret. Atque ideo verum eſt quod Dionyſ. Halicarn. lib. 5. & 7. teſtatur. Magiſtratus rerũ adminiſtrationem, honorem & fortunas rexiſſe: ab iniuriis corporis abſtinuiſſe. Nã nec conſul qui prouinciam regebat, quíque maximum gerebat magiſtratum, vitæ & necis ius in ciues habere poterat, quod ſoli populo concederetur, vt eſt apud Polyb. lib. 6. & Saluſtius in coniuratione ſcripſit, ei ſine populi iuſſu. Imperij ius nõ permiſſũ. quaſi illud maximũ eſſet ſummæ auctoritatis [3] argumẽtum. Quorundá tamen ma-

giſtratuum fuiſſe non diffitemur ob capitales quæſtiones de reis apud populum comitia habere, vt apud Liuiũ lib. 3. A. Cornelius. & Q. Ser. quæſtores M. Volſcio, quod falſus teſtis fuerit in Cęſonem, diem apud populũ dixerunt, & refert D. Halicarn. lib. 8. Fab. Cęſonem & L. Valer. Quęſtores Sp. Caſſiũ affectatæ tyrãnidis apud populum accuſaſſe, quò referendum eſt quod Gellius ait, quoſdam magiſtratus vocationem habuiſſe, alios prehẽtionem, poſtremis etiam neutrum licuiſſe.[4] Ex quibus apparet quã ſit veriſſimũ quod eſt apud Feſtum. Illum cũ imperio eſſe, cui nominatim eſt mandatum imperium: quod in omnibus Capitalibus quæſtionibus ante leges publicorum iudiciorum rogatas Romę moris fuiſſe ſatis oſtendit quæſtio de Poſthumij cęde à populo cõſulibus demãdata apud Liuium lib.

4. & lib.10. eiſdem de Hernicorum coniuratione cóceſſa poteſtas, libro 6. Decemuiri creati ſunt, qui de M. Manlij perduellione cognoſcerent. & lib.9. Dictator ordinatus ad quęſtiones de Capuis habēdas, quod & apud Athenienſes obſeruatum adnotamus, vt cum popularis eſſet reipub. ſtatus à populo iudices crearētur, qui de capite ciuium cognoſcerēt: quod patet ex Diodor. lib 13. vbi Prętorum refert condemnationem, qui etſi viciſſent, morti tamen à datis iudicibus ſunt addicti, eò quòd ciues in acie peremptos nō ſepeliiſſent. Idēque lib. 16. meminit Dinocratis Calliæ & Sophanis, qui Phalęco aduerſus Phocēſes Duci dati ſunt iudices, dum peculatus argueretur. Poſt leges quoque publicorum iudiciorum à L. Cornel. Scylla latas, Prætores quatuor nominatim fuiſſe, cùm illarum quæſtionum Impe-

rio additos refert Pomponius in l.2. ff. de orig. iur. quorum etiam poteſtas lege retineretur, à qua ne latum quidem vnguem poſſent recedere, vt eſt apud Aſco. in commēt. ad Cicero. eáque ratio eſt cur ex Papiniano Martianus reſponderit facti quidem quæſtionem in arbitrio iudicātis fuiſſe, pœnæ verò perſecutionem non eius voluntati mandari, ſed legis auctoritati reſeruari, l. 1. ff. ad SC. Turpil. ex quo deprehendimus & illud idem Imperatorum temporib⁹ obſeruatum fuiſſe. Nam & Alexand. Seuerus Pręfecto Prętorio capitaliū quæſtionum cognitionem ſpecialiter cōmiſit in l. 1. ff. de off. præf. prætor. & ante illū Caracalla apud Spartianū, Papiniano noſtro dixit. Gladio te non ſecuri exequi oportuit iuſſum meū. ſed & D D fratres pręfecto vrbi extraordinarium de criminibus imperium demādarunt in

l.1.ff.de off. præf. vrb.[f] Indéque publica hęc iudicia apellata ſunt, quod perpetuò aut lege publica, vel cõſtitutione, aut S C. fuiſſent decreta, l.1. ff. de publi.iud. & id potiſſimum explicat Papinianus lib. 1. quæſt. his verbis. Quęcunque ſpecialiter lege, vel S C. vel conſtitutione, principũ tribuũtur mandata iuriſdictione nõ transferuntur: & ideo videntur errare magiſtratus, qui cum publici iudicij habeant exercitationẽ lege vel S C. delegatam, veluti legis Iuliæ de adulteriis, & ſi quæ ſunt aliæ ſimiles, iuriſdictionem ſuam mandant in l. 1.ff.de offi.eius cui mand. eſt iuriſd. hos autem quibus merum illud imperium eſſet demandatum, de re pecuniaria iudicare non potuiſſe conſtat, ex eo quod Vlpianus de latrunculatore reſpondit in l.ſolemus §.fi. ff.de iudic. Et hæc ſatis de mero Imperio.

6 Mixtum maiorem habet apud noſtros altercationem, & nullus eſt quem legerim qui nō minus eſſe in mixto quàm in mero crediderit: nec quiſquam noſtrorũ eſt, qui ius gladij ei coniungi & miſceri putet. alij enim mixtum dicunt, quia (vt ipſi loquuntur) & nobile & mercenarium iudicis officium contineat. i. & arbitrium illud iudicis in decernendo & neceſſitatem iuriſdictionis in iudicando, vtrumque tamen in cauſis ciuilibus quocirca non illud quidem cum mero, ſed cum iuriſdictione mixtum putãt: quod falſum eſſe arguit Vlpianus, dum caput illud iuriſdictionis quod mixto inhæret imperio in decernendo verſari reſpondit in l. 3. ff. de Iuriſd. omn. Iud. Quod in danda, inquit, bonorum poſſeſſione conſiſtit. ex quo deprehenditur nobile tantum ius dicentis officium (eo verbo mihi cum ipſis

adhuc abuti liceat) contineri. Alij modicam coercitionẽ mixtum imperium vocarunt, in quo peius allucinantur, cum nec minima ſit iuriſdictionis ſpecies, quæ illam nõ contineat, l. penult. & fin. ff. de off. eius cui mand. eſt iuriſd. Itaque omnis hæc cauſa ad mixtum imperium referenda foret, vt nec alia ſit iuriſdictio ab imperio, licet melius ſeparentur in l. ea quæ, ff. ad municipal. l. iubere, ff. de iuriſd. omn. iud. l. ſi quid. ff. de off. Proconſ. Cęteri mixtum Imperium nihil ad actionem quidem referri putant, ſed totum pendere ex cognitione prętoria, quę cùm in ſe iuriſdictionem contineat, effecit vt mixtũ dicatur imperium. Et [7] hi quidem in hoc ſolo labũtur, quod nihil gladij huic mixto ineſſe crediderint, cum tamen Vlpianus ſtatim poſt meri imperij definitionem & gladij poteſtatem mixtum

deſcribẽs addiderit: cui etiam iuriſdictio ineſt, quod in danda bonor. poſſeſſ. conſiſtit: quaſi ſuperiora cõiungẽs, velit ipſe huic mixto nõ modò ius gladij, ſed & decernendi poteſtatem ineſſe, quod ad iuriſdictionem pertinet, vt & iudicis dandi licentia: & hic eſt iudicio meo verus ſenſus l. 3. ff. de Iuriſd. omn. iud. cui vt aſſentiar facit, quod licet in vrbe Romana verum ſit nullos inueniri magiſtratus qui mixtum habuiſſent imperium. i. & gladij poteſtatem & ciuilium cauſarum diſceptationem, in prouinciis tamen eos frequẽtiſſimos fuiſſe nõ dubito. Nam & in antiqua Roma Conſules, Prętores & cęteri, qui vt exercitui & prouincię regendę cum auſpiciis pręeſſent mittebantur, cum imperio, eos educi moris erat. Itaque & apud eos de criminibus & capite quęrebatur, ac ciuilium cauſarum diſceptatio fie-

bat, vt auctor eſt Cicero in Piſonem Macedoniȩ Proconſulem. Et D. Lucas in Actis Apoſtolorum dixit, Si Demetrius & qui cum eo ſunt artifices cauſam habent aduerſus aliquem, aguntur fora, & Proconſules adſunt, accuſent inuicem. Extat quoque pulcherrimũ huius exemplum apud Valer. & Amian. Marcell. de Smyrnea muliere, quȩ apud Proconſulem Aſiȩ confeſſa ſe proprium maritum & filium veneno ſuſtuliſſe, eo quòd filium ex priore marito eos occidiſſe reperiſſet, miſſa à proconſule ad Areopagitas Athenienſes triſtiores Iudices: hi centeſimo poſt anno mulierem cum accuſatore adeſſe iuſſerũt. Hùc etiam eſt referendum quod Vlpianus ait, ad. Proconſulem cùm pleniſſimam iuriſdictionem habeat, omnium partes qui Romȩ vel quaſi magiſtratus vel extra ordinem ius dicunt,

pertinere: & ideò maius imperium in ea prouincia omnibus habent poſt principem, l. ſi in aliam, & l. ſequ. ff. de offic. Proconſ. & Martianus de Pręſide prouincię, omnia prouincialia deſideria quę Romę varios habent iudices, ad officium pręſidum pertinere, l. ex omnibus, & l. ſequ. ff. de offic. pręſid. Ergo mixtum illud imperium appello quod & gladij & decernendi habet auctoritatem. nam & illud verum eſt ad iuriſdictionem referri licet magis ſit imperij quàm iuriſdictionis in l. iubere, ff. de iuriſd. omn. iud. Ideóque municipalibus magiſtratibus non concedatur, l. ea quæ, ff. ad municip. propter maximum illud arbitrium, quod iuris neceſſitati non [3] ſubiicitur, l. non quicquid, ff. de iudic. Iuriſdictionē enim duas partes habuiſſe fatemur, vnam quæ in decernendo, alteram

quæ in iudicij datione verſabatur: quod Tullius luculenter explicat. In 8. Philippic. & in Verrem frequētiſſimè. Atque hoc eſt quod Vlpianus ait ius dicentis officium eſſe latiſſimum in l.1.ff. de Iuriſd.om.iud. Cæterùm quod dicebam quoſdā fuiſſe magiſtratus qui mixtum imperium habuiſſent, non illud ita velim accipi quaſi cum ipſo magiſtratu ius etiam gladij in veteri Roma, ſed vel lege lata. aut hoc nominatim conceſſo transferretur. ſcio enim illud à Pop. vel Senatu impetrari ſolitum, vt cum imperio magiſtratus emitterētur, & hoc quidē haberent comitijs habitis, illud lege vel SC. rogato, quod ex Liuio patet lib. 26. vbi de Scipione in Hiſpaniam cum imperio miſſo ſcribit, & pluribus Aſconius apud Ciceronem expedit. Quocirca non eſt mirum ſi illud quod gladij eſſet demandare non

poſſent, cętera non vetarentur. Nam & ſolet prætor ſpeciem vnam iuriſdictionis ſuæ mandare in l. ſolet, ff. de iuriſd. omn. iud. licet quoque certum ſit poſt legem regiam latam & in principem omne imperium tranſlatum, pręſidibus & prouinciarum comitibus principem vtrũque permittere conſueuiſſe. Itaque iure magiſtratus in his haberi ius gladij cœperit, quod explicat l. 3. & 4. l. ſed licet, l. congruit, [9] ff. de off. pręſid. At verò illud non magis demandare licebat, l. ſolent, & l. ſi quid erit, ff. de off, pręſid. nam nec omnia quę iure magiſtratus competunt delegantur, l. cùm hi, ff. de tranſact. l. placet, C. de peda. Iudic. l. non diſtinguemus, §. de liberali, ff. de recep. arbitr. vt neque illa committi poſſunt, quę ſpecialiter conceſſa fuerint, veluti merum imperium in l. nemo, ff. de reg. Iur. tutoris datio,

in l. muto, §. Tutoris datio, ff. de tutel. & cętera quę ſimilem habent cauſam. Ex quibus conſtat quod dicebam antea, mixtum imperium in repub. Romana maius mero ſemper apparuiſſe: quoniam in hoc ſola vitę poteſtas diuerſaretur, in illo amplius & fortunarum & exiſtimationis conceſſa fuerit auctoritas: & idcirco qui vtrumque habuiſſet) neceſſariò maior foret altero. Sic & in iure noſtro mixtas cõiunctiones, conditiones, obligationes, actiones, & paria quęque ſimplicibus pręferri varijs pandectarum capitibus cõprobatur, quod maiore luce non indiget.

CAPVT 2.

1. *An per pactum de non petenda ſorte à præcedenti mora debitor liberetur.*
2. *Explicata l. ſi pactus, ff. de pact.*
3. *Pœna interdum loco rei ſubſtituitur.*

4. *Quid cauſæ appellatione cõtineatur.*

VTilis eſt apud noſtros tractatus, an ſi tibi Stichum promittam, in quo exſoluendo moram contraxerim, ac de eo tandem non petendo inter nos conuẽtio fiat, purgata quoque mora videatur: vt ex ea eius quod tua intereſt nulla poſſit eſſe petitio. Quod pacti exceptionis auxilio verum [1] arbitrantur. Nam dicimus acceſſiones peti non poſſe, ſi ſortis nulla ſit actio, l. ſi pupill⁹. ff. de verb. obl. & alibi in diem prorogata ſorte vſurarum exactio dilata eſſe iudicatur, l. lecta, ff. de reb. cred. Sicuti ſi paciſcatur creditor ne intra annum pecuniam petat, intelligitur de hypotheca idem pactus eſſe, l. ſoluitur §. ſi paciſcatur, ff. quib. mod. pign. vel hypoth. ſolu. ſæpius etiam recipitur, creditorem ſortem accipientem

tem vſuras remiſiſſe cenſeri, l. fin. ff. de eo quod cert. loc. l. celſus ff. de recept. arbit. & illum qui moram cõtraxit, ſi obligationem nouauerit, pręcedentem fruſtrationem purgaſſe, l. parui, ff. de condit. furt. l. ſi Stichũ dari, ff. de noua. Eius exẽplo qui iudicio ſiſtendi cautionẽ remiſerit, quẽ de pœna tranſegiſſe quoque videri placuit, l. 2. ff. ſi quis caut. Alibi demũ prętij ſorte poſt moram ſoluta, inquit Hermogenes, vſuras peti non poſſe placet, cum officio tantũ iudicis debeantur, l. qui per colluſionem, §. fin. ff. de act. empt. Quod etiam ſi certa quãtitas eius quod intereſt, & pœnę nomine addita fuerit, accipiunt, in l. fin. ff. de pręt. ſtipulat. Sic tamen vt legis pœnam, ab ea quę ex conuentione deſcendit, diſtinguere Accurſ. ſoleat, vt illa adhuc debeatur, l. ſi pro fure, §. 1. ff. de condict. furt. & hęc ita demum

ſi in obligationem expreſſe deducta fuerit, aliter atque ſi ſolo iudicis officio prętetur, vt per Iaſonẽ & omnes latiſſimè in l. fin. ff. de eo quod cert. loc. Sed prior diſputatio à vero aliena mihi iamdiu viſa eſt.

[2] Primo ex eo quòd reſpõdit Sęuola, reũ cũ quo de nõ petendo Sticho pactus ſim, nihil mihi debere, qui non ante pactũ morã fecerit, l. ſi pactus, ff. de pact. Ex quo planè oſtenditur fruſtratoris & moroſi debitoris obligationem peremptam non eſſe, licet pactio de nõ petẽda ſorte fiat. Quãuis Accurſ. hęc ibidẽ ſubodoratus exiſtimet ante moram ipſo iure per pactum liberari debitorẽ, poſtea exceptionis auxilio iuuari: quod nihil eſt cum nunquam ſoleat pactũ ciuilem obligationem ipſo iure tollere, ſed per exceptionem tantum elidere, l. ſi vnus, §. pactus, ff. de pact. ac nihil interſit, actionem non dari,

vel exceptione tolli, l. nihil, ff. de reg. iur. Hoc igitur vult Scęuola, quod verùm eſt, poſt morã de non petenda ſorte, pactionẽ initam præcedẽtẽ fruſtrationem nondum perimere, & ratione ſumma nititur: quoniam verum eſt ſemel eam commiſſam fuiſſe, quocirca debitorem cum re ex illa teneri; l. Celſus. ff. de recept. arbit. l. cùm ſtipulati ſumus, ff. de verb. obligat. nec poterit de re vna factum pactum ad alteram pertinere, l. ſi vnus, §. ante omnia, ff. de pact. hic etiam conſtat hac pactione rem à ſola petitione eximi. itaque non videri remiſſionem latius extendendam, vt creditori noceat, & ſuum facilè iactaſſe videatur. Nec ampliorem denique vim habet de non petendo conuentio, quàm ſi rem debitor exoluiſſet: quo caſu certum eſt adhuc moræ vtilitatem fore, l. ſi fundum, l. ſi rem, ff.

de verb. obl. l. Titia, §. vſuras, ff. de legat. 2.

Non me mouet quod à noſtris adfertur. Primùm illud quidē, ibi nullā videri morā vbi nulla eſt petitio: & vſuras dilatas cēſeri, cùm ſortis obligatio in diē eſt prorogata. Nam hæc infuturū vera eſſe crediderim, precedētes tamen obligationes nō impediri poſſe cōſtat, nec pecuniæ debitę ſolutio pręteritarum vſurarum exactionem ſubmouet, l. 1. C. de ſolu. Secundò non obeſt l. Celſus, ff. de recept. arbit. & l. fin. ff. de eo quod cert. loco. ex quibus arguunt eū qui ſortem acceperit, pœnam remiſiſſe iudicari. Nam diuerſiſſimum eſt illud genus penæ à mora noſtra: cuius vtilitas cum ipſa ſorte concurrit, & vtrūque igitur, ſors ſcilicet, & ex poſt morā vſura: quocirca duarum rerum nexus eſt, l. curabit, C. de act. empt. l. ſi ſeruum, §. 1. §. fin. ff. de

verb. obl. in cęteris pœnam loco rei ſubſtitutá accepimus, eámque coæqueuam ſtipulationē appellat Bart. ſic vt prioris obligationis quædam nouatio pœna commiſſa volente creditore fiat, l. obligationum ferè, §. fin. ff. de act. & obl. l. 1. §. itē ſi quis ita, ff. ad leg. falc. quod in litis eſtimatione, quæ ex arbitrario iudicio debetur, in l. centum, & l fin. ff. de eo quod cert. loco apertius patebit: quoniam poſt illud reū nihil actori debere Paulus ait, cum quo tranſegiſſe & decidiſſe eo pretio, quod ipſe conſtituit, dicitur in l. eius rei, ff. de rei vend. l. 3. ff. pro empt. Ergo mirū non eſt ſi vnū accipiendo, aliud petere non poſſit: quia ſimul nō concurrant, eius exemplo, qui dictū prętiū poſtulare, quàm legē cōmiſſoriā exercere maluerit, l. commiſſoriæ, C. de pact. int. empt. l. poſt diē, ff. de leg. comm. Tertiò

minus vrget, quod de nouatione adducunt, per eã morã purgari. Sed ſanè lõgè diuerſa eſt nouationis atque pactionis ratio. nouatio enim, vt & acceptilatio, *cauſam omnẽ obligationis tollit, cùm inter genera ſolutionum numeretur, l. nouatione, ff. de noua. l. nouatione, C. de fideiuſſ. Itaque cùm vetus cauſa obligationis mutata ſit, ex qua mora nata eſt, illam quoque corrũpi oportuit. Pactio vero ſtrictior ſemper viſa eſt, l. 3. §. nunc de effectu, ff. de liber. leg. vt rem certam, & de qua ſit actum, à petitione eximat, nec ad aliã porrigi poſſit: nondum quoque antiquiorem obligationis cauſam cõtingat, maximè in hac noſtra diſputatione, ne ſummũ liberalitatis ſuæ damnũ creditor ſubire cogatur, l. ad res, ff. de ædil. edict. Hinc *facilè dilui poterit aliud quod adferunt ex l. 2. ff. ſi quis c...t. poſtquam ibi liquido cõ-

ſtat de negotio tranſactū fuiſſe: vnde mirum non ſit, ſi & moræ contineatur obligatio, cùm illa quoque ex negotio nata fuerit, & ſub omni cauſa accepimus etiam fruſtrationis debitum contineri, l. quęro, ff. loca. Idémque iudicarem, ſi obligationis non perſequendæ generale pactum fiat, vt nullo expreſſo nihilominus de vtraque actū videatur l. ſi quis pro reo. § ſi nummos, ff. de fideiuſſ. quoniam diſputationis noſtræ certa & limitata eſt ratio, l. fideiuſſores magiſtratuū, §. 1. ff. de fideiuſſ. Supereſt Hermogenis reſponſum in l. qui per colluſionem. §. fin. ff. de act. empt. cui reſpondeo, non licere quidē ei, qui ſortem iudicio petierit, tandem vſurā iterū poſtulare, quia ſibi imputare debuit cur de vtroque non egerit, dum licet, nec ex lite alteram ſerere poterit: quia non de ſola acceſſione magiſtratus cogniturus eſt

debito principali ſubducto, l. 4. C. depoſ. quin etiã ius omne quod habuit actor, in iudicium deduxiſſe videbitur, l. fin. C. de annal. except. litium ergo finiendarum gratia, inſtitutũ illud eſſe nõ dubitatur. Longè aliud eſt, ſi ex conuentione remiſit: quo caſu multum gratioſus creditor nimium delicatũ debitorẽ iuſtè repellet, l. ſi ſeruos, ff. de pignor. act. qui nec pacto peremptã eſſe principalẽ obligationẽ excipere poterit, cùm creditoris beneficio illud habeat, quẽ ex liberalitate ſua defraudari non eſt æquum.

Cap. 3.

1. *Diſſenſſus in acceſſione non corrũpit principale.*
2. *Explicatio l. veteribus, ff. de pact.*
3. *Potiſſima eſt rei cuiuſque natura.*
4. *Enodata l. ſi in emptione, ff. de contrah. empt.*

5. *Prætoriæ ſtipulat. à conuentionalibus differunt.*

LEGITIMA eſt obligatio, quę certã contrahentiũ voluntatem continet: vt per contrariũ inutilis eſt, ſi diſſenſerint. quod ſic accipimus, ſi de re principali ſit diſſenſſus. aliud enim in acceſſorijs conſtituitur, veluti ſi fundum vendidero, cui Stichum ſeruum acceſſurũ dixerim: & ego de alio, emptor de altero intelligat, nihilominus valebit emptio, l. ſi in emptione, ff. de contrah. empt. Nec intereſt plus vel minus ſit in acceſſione, quã in principali, vel etiã quod propter acceſſiones pleraſque res emimus. Hæc enim non impediunt, quominus acceſſio, cuiuſcunque ſit æſtimationis principali cedere debeat, exẽplo pręcioſiſſimę purpurę veſtimẽto intextę, §. ſi alienam de rer. diuiſ.

Nam & in quib⁹ propria qualitas expectatur, ſi quid additum erit, toto cedit; eámque fuiſſe Proculi, Seruij, & Labeonis ſententiá, Paulus refert in l. ſed ſi meis, §. 1. ff. de acq. rer. domi. cuius etiam poſtremi idem Paulus meminit in l. ſi in emptione, ff. de contr. empt. In qua diſputat an acceſſionis incertitudo principalem conuentionẽ corrũpat, & cùm reſponderit non vitiare, in verſ. nec refert, ſibi obijcit (quod ſuprà diximus) ob acceſſiones plerũque fundos comparari, ſed & multo pluris quàm fundus ſit has eſtimari poſſe: quibus cùm non ſatisfaciat, nec integra hac de re eius ſententia à Triboniano referatur, ex Proculi, Seruij, & Labeonis concluſione, quàm retulimus, repetenda eſt. Sed ſi obſcurè in principali cõtrahẽtes loquãtur, plurimũ intereſt an nullo pacto explicari verbo poſſint, vt nihil actum vi-

deatur, l. ſi Titius, ff. de condit. Inſt. l. qui quadringenta, ff. ad leg. falc. an certo aliquo modo tantùm, vt ille accipiendus ſit, ne actus pereat, l. quotiens, ff. de reb. dub. Quæ ratio eſt, cur ſi quis Calendis ſibi dari ſtipuletur, de primis hoc Vlpianus intellexerit, eamque orationem pro ſtipulatore interpretetur, quę alio modo firmari non potuit, l. eũ qui, ff. de verb. obl. Porro ſi ad vtrũque oratio referri poſſit, illud priꝰ, quod eſt vero ſimile, ſequimur, [2] l. ſemper ff. de reg. Iur. quod ſi nõ liqueat veteribus placuiſſe reſponſum eſt, ei qui dixit legem nocituram, quam potuit apertius dicere, l. veteribus, ff. de pact. l. Labeo, ff. de contrah. empt. l. ſtipulatio, §. in ſtipulationibus, ff. de verbo oblig. quod tamen certis modis accipiendum eſt. Nam primò ſi aliquid abſurdi & non ſatis ſimile vero naſcatur inde, alius di-

cimus, veluti cum manu ſata interpretamur ea, quæ non in perpetuũ ſata fuerint, ne alioquin vites, quæ maximum agri conſtituunt pretiũ, tollantur, l. cum manu ſata, ff. de cõtrah. empt, eademque ratio eſt, cur in iudicijs ambiguam intentionem pro actore iudicandam putemus l. ſi quis intentione, ff. de Iudic. ne perpetuò reus non conſentiat, l inter. §. 1. ff. de verb. obl. in eiuſque poteſtate ſit, an debeat, l. 3. §. Scæuola, ff. de eo quod cert. loc. quocirca de die ponenda in ſtipulatione Iudicio ſiſti arbitriũ ſtipulatoris eſt, l. de die, ff. qui ſatiſd. cog. Secundò ſi verborum ſignificatio illud quod conijcimus cõtinere poſſit, hoc ſequimur, l. in lege, ff. loca. certum enim eſt in omnibus potiſſimũ eſſe verborũ ſignificationẽ, eique' inſeruiẽdũ fore, l. non aliter, ff. de leg. 3. Tertiò ſi ex negotij natura quippiam deprehen-

datur; illud obſeruandum erit: quoniam potiſſima rei cuiuſque natura eſt, ad quam facilè recurrimus, l. ſi vnus, §. pactus ne peteret, ff. de pact. hinc naſcitur, cur inſula vendita, ſi prioris anni penſionem venditor ſibi accedere dixerit, ſequentium ad emptorem pertinere, pignorúque ab inquilino datorum ius vtrumque conſecutum, ex hypothecę natura id actum videatur vt primam quamque penſionem pignorũ cauſa ſequatur, & ita venditoris potior cauſa ſit, l. inſulam, ff. qui pot. in pign. habean. quia cum pro penſionibus pignus datum fuerit, prout illæ pręcedunt, pignoris quoque cauſam aſtringere neceſſariũ eſt: eáque lex eſt pignoris, vt qui prior ſit tempore, in eo potior iure cenſeatur, l. 2. C. qui [4] pot. in pign. hab. Idem eſt in eo quod ex Labeone dicitur. ſi in emptione fundi Stichum ſeruũ

acceſſurum dictum fuerit, neque intelligatur quis ex pluribus acceſſerit, eum deberi quem venditor dare voluit, l. ſi in emptione, ff. de contrah. empt. quoniam ea ſit huiuſce obligationis natura, vt debitori ſeruetur electio, cùm ex pluribus vnum ſine vlla demonſtrationis nota promiſerit, l. qui ex pluribus, ff. de verb. oblig. quod in alternata obligatione nullam habet difficultatem, l. ſi ita, ff. de contrah. empt. Quarto in pretorijs ſtipulationibus ſi ambiguus ſermo acciderit, prętoris erit interpretatio. eius enim mens æſtimãda eſt, l. in prætorijs ff. de præt. ſtipul. ex qua nihil addere, detrahere aut immutare licet, l. in conuentionalibus, ff. de verbo. oblig.

CAP. 4.

1. *Quot modis tranſactio fiat.*
2. *Acceptilationis effectus.*

3. *Explicatæ ll. vbi pactum, & l. ſi cauſa. C. de tranſact.*

4. *Quando ex pacto tranſactionis detur actio.*

5. *Quomodo accipiatur actionem pacto remiſſam reſuſcitari.*

6. *An tranſactio contractus ſit, & an nominatus aut innominatus.*

TRANSACTIONIS vocem generalē eſſe omnes admittunt l. tranſacta, ff. de verb. ſignific. potiſſima eius ſignificatio ad illam pertinet, quę de re dubia & lite incerta naſcitur, l. 1. ff. de trāſ. cuius tantam vim eſſe non ambigitur, vt quod eius cauſa quis ſoluerit, non repetatur, l. in ſumma, ff. de cōdict. indeb. l. ſi quidem, C. de tranſact. lis enim ſemel deciſa inſtaurari nullo modo poterit, l. nō minorem, l. quamuis, C. de tranſact. maxime cum nullo dato vel retento nunquā

[1] fieri conſueuerit, l. tranſactio, C. eo. Solet autem duobus potiſſimùm modis illa perfici. Priore per Aquilianam ſtipulationẽ, altero pactione ſimplici nudoque pacto. Et quidẽ quod ad primum attinet, eius eſſe vim & effectum conſtat, vt precedẽtem petitionẽ omnimodo perimat, ac eius obligationem tollat, l. cum Aquiliana, & l. ſequ. ff. de tranſact. l. vt reſponſum, C. eo. [2] Itaque licet quæ ob id promiſſa ſunt non repreſententur, adhuc lis ſopita non inſtaurabitur, l. ſi maior, C. de tranſact. Alter acceptilationis effectus eſt, vt ex ea ad implendam fidẽ detur actio, l. cùm mota, C. de tranſact. quod verum eſt, ſi nõ aut dolo, aut metu interpoſitas fuiſſe tranſactiones iudicaueris, l. interpoſitas, l. ſub pretextu. C. eo. huius verò cõuẽtionis nullã vim eſſe noſtri docent, ſi poſt rem iudicatam tranſigatur.

conſtat enim hoc nullius momenti futurum, l. & poſt rem, ff. de tranſ. l. eleganter,[3] ff. de condict. indeb. nec obeſt. l. ſi cauſa, C. de tranſact. vbi ita demum iudicatum ad effectum perduci poſſe reſcribitur, ſi Aquiliana ſtipulatione & acceptilatione actio ſublata non eſt: quaſi verò hoc modo iudicati perimatur actio. quòd in ea quæ demum nouata fuerit Accurſ. & cæteri explicant, nec haberet difficultatem puto ego verum eſſe ibi dictiunculam. *Si*, pro, quia, ab Imperatoribus accipi vt velint. Ideo rem iudicatam in ea ſpecie exequendam eſſe, ſi verum eſt, vt eſt verũ. Idémque ſit ac ſi diceret, quia per Aquilianam ſtipulationẽ actio perempta non fuerit, ob regulam qua poſt iudicatum tranſigere vetamur, nec ſanè nouum videatur dictionẽ illam hoc ſenſu apud noſtros vſurpari. Nam & eodẽ modo ſæpius

alibi accipitur in l.Pomponius, ff. de acquir. rer. dom. l. ſi is qui, ff. de vſucap. Item ſi poſt Aquilianam ſtipulationem aliter contraria verborum ſolẽnitate placuerit, poſterius promiſſum valere non dubitatur, l. pacta, C. de pact. [4] Quinimo & ſi ſimpliciter paciſcantur, agi poterit, ſi modo nuda non fiat conuentio, ſed vel eo refuſo quod datum eſt confirmetur, l. ſi diuerſa, C. de tranſact. Et hoc eſt quod dicitur ſi aduerſarius hoc maluerit, & ante cauſæ cognitionem accepta reddiderit, ne nudũ pactum videatur, agi poſſe, l. vbi pactum, C. eo. vel alio modo ex pacto cauſa ſubſecuta fuerit, ne alioquin ex pacto naſcatur actio, quæ ſemel per acceptilationẽ extincta eo modo nõ reſuſcitatur, l. qui res, §. aream, ff. de ſolu. Altero modo tranſactio nuda pactione componitur, quę ab Aquiliana ſtipulatione differt: quia hæc

ad actionem non ſufficit, cùm nuda ſit, l. cũ proponas in 2. C. de pact. niſi cauſa ſequatur, vel qui agit ex parte ſua impleuerit, vt nec aliquo modo quod fecit, repetere poſſit: veluti in ea ſpecie, in qua mater querelam inofficioſi, vt partẽ bonorũ acciperet, remiſiſſe, & antequã ei detur deceſſiſſe dicitur: vnde fit ne remiſſam ſemel querelam minimè pręparatam, nec etiam ob fidem ruptam ad heredes tranſmiſerit, l. poſthumus, ff. de inoff. teſt. Quocirca cũ ex parte ſua omnimodo fecerit, heredibus præſcriptis verbis datur actio, l. cũ mota, C. de tranſact. Eadémque ratio eſt in eo, qui pro fundo quẽ petebat, prædium, quod liberum arbitrabatur, obligatũ accepiſſe legimus, l. ſi pro fũdo, C. eo. Nam nec in eo quicquã ex negotio geſto supereſſe dici potuit. Sed hac in re non eſt omittendũ potuiſſe illum, cui ex tranſactionis

pacto dari debuit, re integra non accipere, contractuum innominatorú exemplo, in quibus locus eſt penitétiæ, l. naturalis, §. 1. ff. de preſcript. verb. Porrò ſi ex integro negotium perfectum non fuerit, ſed ex alterutra tantùm parte factum ſit, ſi quidem is qui quæſtionem remiſit, cóqueratur, quia non detur quod pactum eſt: eam repetet, quoniam per pactum eliſa ſolùm exceptione actio perempta non videbitur, l. ſi inſtituta, ff. de inoff. teſta. Nec illud tamen eatenus accipimus, vt præciſè actionem repetat is cui dari debuit, ſed vel ad placitum in factum replicatione vſus aduerſarium vrgeat, vel ſi procax ipſe fuerit, iterum litem ſuſcitet, l. ſiue, §. fin. C. de tranſact. Illáque eſt exceptionis æquitas apud Imperatores in l. ſi maior, C. eod. Per contrarium ſi agat cui datum eſt ne ageret, pacto

exceptionem ineſſe non ambigitur, vel repeti quod datum eſt poſſe cõſtat, vt & pœna ſi promiſſa fuerit exigi, l. promiſſis, C. de tranſact. l. pacto, ff. eo. l. reſcriptum. §. ſi pacto, ff. de pact. quin & vtrumque ſi rato manente pacto conuenerit, l. qui fidem, cum l. ſequen. ff. de tranſact. Nec eo modo videbitur aduerſus tranſactionem actum quia ante litẽ remiſſã dici trãſactio nõ poterit, quæ in ſuperiori tantũ caſu verſatur quo lis futuræ præſtationis occaſione remiſſa fuerit. Denique ſi placeat vt iterum agatur, nihil impedit, cum actio non ſit perempta & licet poſterius pactum nudũ ſit, prioris tamen exceptio replicatione ſubmouebitur, l. ſi vnus, § pactus, ff de pact. Ex quibus loquido conſtat, quàm ſit vana & inutilis noſtrorum diſputatio, qua quęrunt an inter nominatas vel innominatas cõuentio-

nes tranſactio conijcienda ſit. ad priores enim non pertinere fatendũ eſt, poſtquàm ſpeciale nomen non habeat, nec perpetuò actionem inducat. quę omnia ſunt contractuũ nominatorũ Encomia. A poſterioribus item differre notauimus: quia in his pœnitentię locus eſt, & res cõdici poſſit, l. ſi pecuniã, ff. de cõdict. cauſ. dat. l. ſi vt proponis, C. eo. cùm tamen hoc in tranſactione non admittatur, & poſſit qui ex parte ſua non impleuit à quo repetitur, vel in quem ſopita quæſtio reſuſcitatur, perficiendo agentem exceptionis æquitate repellere, l. ſi maior, C. de tranſact. nullus enim poſt tranſactionem reſciſioni aut reſtitutioni locus relinquetur, l. 1. C. famil. herciſ. l. ſi non tranſactionis. C. de iur. & fact. igno. l. Lucius, § heres, ff. ad Trebel. reliquum eſt, vt quod de illa obligationis figura, quę ex indebiti

ſolutione naſcitur, iuris præceptores aſſerunt, potius diſtractum ea conſtitui, quàm obligationẽ gigni, ad tranſactionẽ transferamus. Quæ ratio fuit cur nec illa inter contractus enumeretur: quoniam diſſoluendi nexus gratia potius à conuenientibus ordinata eſſe videatur, §. 1. quib. mod. re contrah. obl.

CAP. 5.

1. *Quando res eccleſiæ alienare liceat.*
2. *Quod genus alienationis adminiſtratoribus ſit conceſſum.*
3. *An de eccleſia meritis permittatur œconomo donare.*

RES Eccleſiaſticæ ab œconomo Epiſcopo aut altero quouis adminiſtratore alienari non poterunt, certis tamen caſibus exceptis, qui paſſim legendo iuris ſtudioſis occurrunt[1]. Illos gloſa cumulat in auth. hoc ius porrectum,

in verbo inſcribatur, C de ſacroſ. eccleſ. vt & alios quoſdam eſſe docet ibi, ex quibus nulla lege fieri poſſit vt hæc alienentur. Sed inter cætera quæritur, an benè de eccleſia merétem remunerari liceat quaſi hoc genus non ſit interdictę alienationis; quę in gratioſum & merentem hominē conferatur, quod gloſator noſter exiſtimat, D D caterua ſequitur in l. iubemus, C. de ſacroſ. eccleſ. Ego multis nominibus probare non poſſum. Primò quoniam harum rerum omnis vetita ſit alienatio, ſi nō ex cauſis legibus expreſſis fiat, auth. hoc ius, C. de ſacroſ. eccleſ. & quidem licet adminiſtratio œconomis concedatur, gratioſam tamen remiſſionem prohibitā eſſe exemplo ſunt magiſtratus, l. præſes, C. de tranſact. tutores l. non ex omni, C. de admini. tuto. procuratores, l. non abſtulit, C. de nouatio. Filij quoque

aut ſerui, quibus etiam libera peculij adminiſtratio à patre data ſit, l. contra, §. 1. ff. de pact. l. filius-familias, ff. de dona. Secundò quamuis verũ eſt ad ἀντιδωρεὰ. cum qui officio aut beneficio alieno vſus eſt obligari: Ideoque dicimus in dubio ſi quid prĉſtiterit, eum donaſſe videri, l. ſi verò non remunerandi, §. Idem Papinianus, ff. manda. nexum tamen illum ſolo pudore & honeſtate contineri, vt nullum ſit Iuris ciuilis vinculum, nemo negauerit, l. ſed & ſi, §. conſuluit, ff. de petit. hered. Nam & remuneratoria donatio liberalitatem habet, l. Attilius, ff. de donat. quia nullo iure cogente fieri dicitur, l. donari, ff. eo. at verò conſtat hĉc omnia tàm lege [3] veteri ac principum Chriſtianorum conſtitutionibus œconomis interdicta, quàm variis pontificum decretis infirma-

ta & irrita iudicari, can. hoc iub. x. q. 2. cap. ſiquis preſbyterorum, & cap. ſequ. ext. de reb. eccleſ. non alien. Tertiò tutoribus Epiſcopi & cæteri ſacrorum collegiorum cuſtodes comparantur, l. ſancimus, C. de Sacroſanct. eccleſ. At illis non licet merentibus etiam cognatis pupilli, aliquid quod moris non ſit, erogare: ne ſi fecerint, in rationes non computent, ſed ſibi expenſſum ferre cogantur, l. cùm in plures, §. cùm tutor, ff. de admini. tuto. Poſtremò illud mihi ea Leonis conſtitutione expreſſum videtur, in qua nec ad viciſſitudinem collocati beneficij, vel referendæ gratiæ ex bonis Eccleſiæ donandi facultas conceditur. quem locum miror noſtros non ſatis maturo iudicio perpẽdiſſe. In l. Iubemus, §. ſcientes, C. de ſacroſa. Eccleſ.

CAP. 6.

1. Caput & fama quo modo differant.

2. *Explicata l. penult. ff. de var. & ext. cognit.*
3. *Infamiam omnem iuris, nullam facti eſſe.*
4. *Infamia pœna eſt vitæ proxima.*
5. *Infamia ex facto aliquando naſcitur.*

CAPVT ad perſonę ſtatũ tanquam priuati hominis pertinet, [1] l. 1. l. nam & cętera, ff. de capit. diminu. fama ad dignitatem & exiſtimationem refertur, l. penult. ff. de var. & extraor. cognit. Quocirca cùm ſinguli hęc habeant libertatem, ciuitatem, & familiam, triplex quoque minutio capitis ex his cõſideratur, l. fin. ff. de capit. diminu. fama verò duobus corrumpitur, aut enim ex minuta exiſtimatione, vel quia omnino cõſumpta illa ſit, notatur infamia, l. cognitionũ, ff. de var. & extra. cognit. vnde apparet caput amplius fama cõtinere. quia ſiue infamia illud emancipatione adoptio-

famia illud emãcipatione aut adoptione minui poterit, l. tutelas, ff. de capit. diminu. hęc ex ea tantùm mutatione, quæ pœnã habet, naſcetur: & ſi minuatur minima capitis minutione, quæ in relegatione conſiſtit, corrumpitur. Sin conſumatur, hoc faciat magna, quę gradus ſuos continet: ſummũ, quo libertas,[2] minorẽ, quo ciuitas amittitur. Ergo quod ad cuiuſque caput attinet, minutio triplex eſt. §. de capit. diminu. quod ad famã duplex: ea ſcilicet per quã minuitur, quę minor dicetur: altera magna, qua libertatis ius infringitur, ſicuti, hoc enim ſenſu voces duas ſeparatas *vel vti* conſtituo in l. penult. §. conſumitur, ff. de var. & extraord. cognit, & altera, quæ ciuitatẽ tollit, quod deportatis aqua & igni interdictis obtigit. Illa ſi vera ſunt, nõ inter ſe rectè ſentiẽtibus pugnare videbũtur. Sed quoniã in hanc diſputationẽ

incidimus, de infamia paucis agẽdũ eſt, quæ apud Calliſtratum ex contrario deffinitur, læſæ dignitatis ſtatus legibus & moribus improbatus, l. cognitionum, ff. de var. & extraor. cognit. eamque duplicem veteres omnes, & ex poſterioribus Duarenus ſibi effingunt, vt alteram iuris, alteram facti eſſe cenſeant. quo modo plura quoque alia partiti ſunt. Quòd ad hanc diuiſionem attinet, ſubsiſto, & non ſatis iuri ciuili hanc præceptionem congruere mihi perſuadeò. Primũ, quoniam nulla huiuſce infamiæ, quam facti eſſe noſtri dicunt, mentio, nullúmque veſtigium apud veteres iuris prudentes extare meminerim. quod tamen ex profeſſo de infamia diſputátes non eſt veroſimile ipſos prętermiſſuros, si verum credidiſſent: quinimo per contrarium nullam infamiam eſſe, quæ non iuris ſit, & legum autho-

ritate nitatur, oſtẽdit Papiniani dubitatio, an in publicis iudiciis calũniæ damnati teſtimonium habere poſſint. quia nec lege Rhemia, nec alia qualibet hoc fuerit vetitum, l. quæſitum, ff. de teſtib. & Tribonianus luculenter in l. fin. ff. de poſtul. profitetur ſe in ſequenti titulo explicaturum, qui notari debeant. Secundò, facti infamiam communis ſchola interpretatur illam, quę communi ſentẽtia & vulgi opinione naſcitur, quo nihil magis contrarium Romanæ iuriſprudentię eſſe potuit, qua potiſſimum eſt vetitum cum alienæ exiſtimationis diſcrimine vagari, l. item exigit, ff. de dol. At verò quid leuius vulgo, qui & probum ſæpiſſimè arguere probri & ſceleratiſſimũ ſuperſtitioſè colere ſoleat? Tertiò, nemo negabit [4] infamiam pœnam eſſe, etiam vitæ proximam, l. iuſta, ff. quib. manu. licet.

At verò quid abſurdius, quàm plebiculæ cæci iudicij pœnam relinquere? quam tamen nec religioni magiſtratus credendam veteres putauerũt, l. ordine, §. fi. ff. ad municip. l. aliud, ff. de verb. ſignif. l. 1. §. 1. ff. ad SC. Turpil. Quartò, nullum erit effictæ huius infamiæ momentum. quis enim nõ videt talem eſſe, quam effinxerunt eius infamiam, qui fuſtibus aut loris cæſus fuerit, cuius & pudor & verecũdia onerata quidem videbitur, cui tamen nec honores, nec patrię dignitates denegari poterunt, l. eos, ff. de decur. quæ infamibus patere non ſolent, l. neque, C. de dignitat. lib. 12. Poſtremò, hoc expreſſum eſt apud Calliſtratum, qui legibus & moribus improbari ſtatũ & legum authoritate infirmari deſiderat, vt infamia notetur, l. penult. ff. de var. & extraord. cognit. Iuris itaque labem omnem eſſe oportuit,

vt notet. Quod tamē non impedit, quominus illud quod verū eſt cenſeam, quædam eſſe ſ infamiæ exempla, quæ ex ipſo facto naſcantur: veluti inquit Vlpia. cùm factum prætor notauerit, l. quid ergo, §. cùm autem, ff. de his qui notan. infam. quod alijs pluribus illuſtratur exemplis, rem prenotaſſe ſufficiat. Item verum eſt exiſtimationis & opinionis quoſdam gradus conſiderari, prout homines maioris ſunt grauitatis & cōſtantiæ. Nam & alios hilarioris eſſe famæ certum eſt, alios non infames, poſtremò & infames conijcimus, ſicuti & inter gratos, non ingratos & ingratos quippiam intereſt, l. liberi, C. de inoffic, teſta. Et diligentes, non negligentes à negligentibus ſeparantur. Philoſophi à communi hominum vita, & protinus veſanis ſeiunguntur, in l. ſi vēditor, ff. de ædil. edict. qui per procuratorem igitur

famoſo

famoſo aliquo iudicio damnatus eſt non erit infamis, vt nec ille quẽ ad meliorem frugẽ magiſtratus reformare admonitionibus voluerit, eoſque & ſimiles infames dicere turpe eſt: cùm hoc apertè negetur, l. 1. & 2. ff. de obſeq. l. ob hæc, ff. de his qui not. infa. l. ea quæ, l verbũ, l. interlocutio, C. eo. quamuis horum opinionem oneratam fuiſſe non diffitemur: nec iſtud effectu careat, cùm aliqui caſus ſint, in quibus hilariorem quoque famam exigimus, vt in religione teſtium oſtenditur: quorum dignitas maximè conſideranda eſt, & non ſolùm ne infames ſint, ſed vt probæ exiſtimationis habeantur deſideramus, l. 3. §. 1. ff. de teſtib. ſicuti & filius non patris tantum famæ debuit parcere, ſed illius quoque ſanctam habere perſonam, & huius amplitudinem
D

curare illum oportuit, l. licet, ff. id obſeq. Hęcq; ratio eſt cur bonę fidei mentione facta, aduerſus orationem agere debeat, l. non debet, ff. de dol. & ſolo in factum iudicio experiri, quod nullam fraudis mentionē habeat.

CAP. 7.

1. *Procurator quando præcisè ad defendendum cogatur.*
2. *Procurator actoris reconuenientem reum audit.*
3. *Explicata l. inuitus, C. de procurat.*

DVo ſunt capita edicti prætoris de procuratoribus primum eſt, quo ad litem ſuſcipiendā procuratorē datū, pro quo conſentiēte dominus iudicatū ſolui ſatiſdationem expoſuit, iudiciū accipere ſe coacturū ſpondet, l. filiusfamilias, §. procuratorem, ff. de pro

curat. Qua in re adnotãdum occurrit, prȩcisè ad litem ſuſcipiendam vrgendum procuratorem: nec ſatis eſſe ob rem nõ defenſam ſtipulationem committi, ſi non illud fecerit quod in litẽ dominus facturus erat, l. ſed & hæ, §. defendere, § præterea ff. eo. Cui non obeſt, quod Sabinus ait, nullas eſſe prȩtoris partes, vt procuratorem cogat, l. non cogendum, ff. de procura: hoc enim verum eſſe ſi ex iuſta cauſa ſeſe excuſauerit, manifeſté oſtenditur ex l. mutus, §. fin. & l. ſequ. ff. eo. vt ſatis hoc exemplo ſit ob rem non defenſam ſtipulationem commiti: quinimo eo nomine fideiuſſores abſoluendos eſſe, quia vir bonus illud arbitraturus ſit d. l. non cogendum, [2] ff. de procura. Alterum eſt, quo prȩtor actoris procuratorem coacturum pollicetur, quacunque reconuentione à reo dominũ impetitum defendere. l. ſeruum,

§. ait prętor, l. omnium, cum l. ſequen. ff. de procura. Quod rationem habet, cùm enim hoc inter ipſos litigantes licuiſſet, l. cùm Papinianus, C. de ſent. & inter l. om. Iud. l. 1. ff. de quib. reb. ad eund. iud. eat. iuſtus non videbitur procurator, qui non idē quod dominus ſecerit, ex cuius etiam perſona omnes committuntur ſtipulationes, l. ſi procurator meus, ff. eo. Non obeſt l. inuitus, C. de procur. quę noſtros plurimū torſit, & illam varijs modis interpretantur. [1] Ego ſic accipio, vt illud quod verum eſt, contineat: nec difficultatem habet, vt inuitus nemo mandat. ſuſcipiat, quod oſicij eſt, l 1. ff. mād. l. inuitus, ff. de procurat. item nemo abſentis negotijs defendendis euocatus, quod fieri moris erat, l. hęc autem, ff. ex quib. cauſ. in poſſe. catur, l. ergo, ff. ex quib. cauſ. maior. horū curam ſuſcipere compellatur: & ſa-

tis ſit, ſi ad ſuſceptam ſemel fidem vrgeamur, l. in commodato, §. ſicut, ff. commod. quo ſenſu veriſſimo ſi reſcriptum illud acceperis, edicto pretoris non obeſt, quod perpetuũ eſt & certiſſimum, vt rei & actoris procurator litem quam ſuſceperint, expedire cogantur. At verò in actoris nõ ſolum procuratore, ſed & negotiorum geſtore hoc magis ſit, vt reum ex contrario agentem audiat, l. actionem, C. de procurat. [6] Quod poſtremum non ex verbis quidem edicti, ſed ex ei⁹ interpretatione manaſſe exiſtimo, & idem ex locis ſuperioribus ſatis patet.

CAP. 8.

1. *Negotiorum geſtor. qui litis ſumptus repetat.*
2. *Explicata l. Iam tamen, §. penult ff. Iud. ſolu.*
3. *Re communi geſta quæ actio detur.*

4. *Quid neceſſe ſit, vt iudicium negotiorum geſtor. competat.*

QVÆSTIO eſt, an qui abſentis nomine ſine mandato litem mouerit, vel reum defenderit, litis quam perdiderit ſumptus repetat, & non condicturum. Accurſius & communis ſchola cenſuit, eo quòd in fideiuſſore iudicatũ ſolui, qui ſuſceperit defenſionem, reſponſum eſt ita demum acturum ſi vicerit, l. iam tamen, §. penult. ff. iudicat. ſolu. & ei videtur imputandum, cui tantum eſt abs re otij aliena vt curet, & ea quę ad ſe nõ attinent. Quę omnia tamen vt iniuſta improbo, nec etiã legibus noſtris ſatis congruere puto. Primò, quoniã in ſumptibus repetendis negotiorum geſtor. procuratori comparatur, l. 3. §. 1. l. ſi ſeruus, ff. de in rẽ verſ. at in hoc liquidò receptum eſt,

& ſi contrariam ſententiam ſubierit, nihilominus condicturum , l. qui proprio, §. litis, ff. de procur. l. etiã, C. mãd. ſecũdò, generaliter in omni in rem alienam impẽſa facta conſtitutũ legimus, vt nõ id ſpectemus an bono domini, ſed an in eius negotium ceſſerit. l. quod ſi ſeruus, §. idẽ Labeo, ff. de in rem verſ. l. prętor ait, §. quod ait. prętor. ff. de bon. auctor. iud. poſſ. Tertiò, in negotiorum geſtore, vt & in procuratore, receptum eſt damnũ ab eo abeſſe debere, ſicut & lucrũ aufferri bona fides exigit, l. 2. l. quæ vtiliter, §. fin. ff. de neg. geſt. Quartò, ſatis eſt, ſi illud absẽtis defẽſor fecerit, quod iure presẽs domin⁹ erat acturus, l. ſed & hę, §. deffendere, ff de procurat. cui tamen certum eſt fraudi nõ futurum ſi ob dubium litis euẽtum, cùm iuſtã litigãdi cauſam haberet, indeffenſum ius ſuum non reliquerit, l. Illud, ff. de pet. hę-

red.l. quod debetur, ff. de pecul. nam nec iudicis imprudentia, vel eius gratia, aut ſordes litigantibus ſolent eſſe damno, l. ſi per imprudentiam, ff. de euict. Quintò, hoc apertum eſt, & minifeſtiſſimè conſtitutum, cũ qui negotiorum geſtorũ agit, nõ ſolùm ſi effectũ negotium habeat, ſed, & ſi vtiliter cœperit condicturũ, l. ſed an vltro, §. 1. ff, de neg. geſt. l. ſi ſeruum, C. eo. Sed & quæſo quem adeo veſanum & ſupinun noſtri iudicant, qui alienis amici abſentis rebus deploratiſſimis conſulere voluerit, ſi hoc ſe ſubiectum periculo audiat, vt ſi vicerit tantum, cumque fortuna ſequatur, repetiturũ exiſtimet. Nec ſanè mirum eſt, ſi apud Vlpianum in l. iam tã, §. iam tamen, ff. iud. ſolu. quo ſolo Accurſius & cæteri mouentur; victus non repetat, cùm mandatum exceſſerit: egit enim eo loco fideiuſſor, qui ad ſolam quantitatem,

vt ait textus acceptus fuerat. Ergo ſibi imputet, cur mandati fines tranſilierit. Nam & plurimũ intereſſe conſtat inter eũ qui ſine mandato iuſtè experitur, multaque poteſt, cúmque qui cum procurationem acceperit, contra ſuſceptam ſidem nõnihil eſt auſurus, l. maritus, C. de nego. geſt. Nam & exoſus erit ille, qui aduerſus domini voluntatẽ quippiã molitus fuerit, l. fin. C. de neg. [3] geſt. Sequitur vt aliud explicẽ, de quo nõ conſentiunt, ſi rem cõmunem vnius ex ſocijs mãdato curauero. quę actio ei qui non mãdauerit detur, & quidẽ Antonin⁹ negotiorũ geſtorũ dari voluit, l. ſi mãdatũ, C. de nego. geſt. idẽ Iulianus in l. ſi pupilli, §. ſi quis ita ff. eo. Cuius rei ratio facilis & in aperto eſt, quia huius negotium & ſine mandato geſtum eſt. Quamuis Paulus in factũ ſubſidiariã actionem dare voluiſſe videatur in l. ſi

mandauero, §. ſi curator, ff. mand. hærent noſtri. Dico ego diſſimilem eſſe vtriuſque loci hypotheſim. nam apud Iulianũ & Antoninũ res erat cõmunis negotij geſti tempore, vnde non eſt mirum ſi vel ſocietatis contemplatione geſtum, aut ipſo geſtu eius negotiũ eſſe dicatur [4] apud Paulũ, apparuit creditor, qui non credebatur, cuique actio quidem competit, l. cum vnus, ff. de bon. auct. iud. poſſ. l. ſi finita, §. ſi plures, ff. de damn. infect. ſed tunc naſcitur, cùm petierit, l. 4. §. hoc autẽ iudiciũ, l. cùm poſtulaſſem, ff. de dam. infect. quod generaliter in omnib⁹ quę officio iudicis poſtulãtur iure recipitur, vt hęc ex petitione naſci demũ videantur. non poteſt igitur agere negotiorum geſtorum is cuius nullum negotium fuit: ſed cùm hodie ex iudicio naſcatur, in factũ actione ſubſidiaria experiri non vetabitur. quia hęc quo-

ties ęquũ eſt, dari ſoleat, l. quoties, ff. de præſc. verb. Ex quibus apparet neceſſarium videri, vt negotiorum geſtorum actio ſit, adminiſtrationis tempore negotium eſſe oportere. Hinc enim geſti obligatio naſcitur, & ex ea actio, l. licet, §. ea obligatio, ff. de procura. Quod ſi tandẽ incipiat, vtili in factum iudicio experiri tutius eſt, illudque ęquitas rerum exigit, l. 1. & ſeq. ff. de pręſcrip. verb.

CAP. 9.

1. *Emptio à permutatione in quibus cõueniat.*
2. *Interpretata l. fin. ff. de condict. cauſ. dat.*
3. *Neceſſe eſt rem eſſe de qua conuenit.*

SVPRA de conuentionibus innominatis, cùm de tranſactione ageremus quędam retulimus. Itaque non eſt alienum

ſi ad huc pauca non inutilia adiungamus, & Iuriſconſultorum quædam de his quæ contraria videntur reſponſa explicemus. Quod vt clarius fiat hoc præfabor ne illorũ ſententiæ accedere, qui negotium ciuile do vt des à rerum permutatione non ſciungunt, l. naturalis, §. 1. ff. de præſc. verb. & in pluribus hanc emptioni & venditioni aſſimilari recipiunt, l. 1. ff. de rer. permu: l. 1. ff. de contrah. empt. Nã & in vtraque vltro citroque accipitur, vtriuſque finis eſt domini aquiſitio, l. cùm manu ſata, §. fin. ff. de contrah. empt. ambæ euictionis obligationem cõtinent, l. 1. ff. de euict. Denique poſt perfectam emptionem periculũ eſt emptoris, vt nec ſi res pereat, pretij ſolutionem recuſare poſſit, l. fin. C. de peric. & comm. rei vend. l. cũ emptor, §. 1. ff. de reſcind. vend. eius item qui ex permutatione acci-

pere debuit damno & malo peritura res eſt, l. 3. §. 1. ff. de condict. cauſ. dat. ſi non promiſſoris culpa aut mora præceſſerit, l. naturalis, §. ſed ſi Stichũ, ff. de præſcri. verb. Cui tamen ex diametro obeſſe videtur quod Celſus ait, ſi dedi tibi pecuniam vt mihi Stichum dares, ob rem dati re non ſecuta obligationem fore; & ideo ſi mortuus eſt Stichus, repetere me poſſe: quia ideò tibi dedi, vt mihi Stichum dares, l. fin. ff. de condict. cauſ. dat. In quibus locis conciliandis commentatores noſtri varij ſunt, nec ſibi conſtant, vt apud eos quilibet videre poterit: ex his tamen nullus eſt, qui ſatis iudicio meo fecerit. Quocirca cogitabam aliquando num in re tam difficili hoc adferre poſſem, quod verum aut doctis vero ſimile videatur, quandoquidem nihil certi auſim in re obſcura

affirmare : vt apud Celſum conuentionis tempore mortuum eſſe dicamus quod dari oportuit, eáque ratione iuſtè poſſit, quod ob id viciſſim accipiendum datum eſt repeti. Nam & in emptione ſi non ſit quod vendatur, inutiliter contractũ legimus, l. nec emptio, l. domum, ff. de contract. empt. Itẽ mortuus homo in ſtipulationem nõ deducetur, l. ſi homo. ff. de verb. oblig. & hanc interpretationem præſens tẽpus indicat, quo mortuum eſſe Stichũ deſcribit. ſed & reliqua exempla ab eo addita planè tempori couuentionis cõgruunt, veluti ſi alienum [3] dederit, aut de euictione non cauerit. Itaque in hoc quoque permutatio cum emptione conueniet, vt in vtraque rem eſſe, quo tempore cõuenit, neceſſariò deſideremus : ne alioquin nullum ſit de quo conueniant. quod etiam in omni conſtituendæ

obligationis genere recipiẽdum eſſe nemo negauerit, l. fideicommiſſa, §. ſi rem ff. de legat. 3.

CAP. 10.

1. Ex pluribus hæredibus vnus alterius periculo non tenetur.

2. Duorum reorum quomodo & quando fiat conſtitutio.

3. Plurium adminiſtratorum officiũ quãdo ſit indiuiduum.

4. Adminiſtratores reipub. & tutores plures quomodo differant.

5. Explicata l. cùm alieni, ff. de negot. geſt.

6. An vnius fideiuſſor ante collegam conueniatur.

7. Explicata duo Gordiani reſcripta de magiſtrat. conueniendis.

8. Ex diuiſa adminiſtratione quatenus plures teneantur.

CVM de vi obligationis diuiduæ à pluribus cõtractę noſtri diſputãt, hoc ſummum

eſſe conſtituunt, vt ſi vnius debitoris hæredes ſint, pro hereditariis portionibus teneantur, quia lex xij. tabul. inter eos nomina diſtribuerit, l. 1. C. ſi cert. peta. quod adeò verum eſſe Papinianus exiſtimat, vt nec vice mutua ad eos periculum redundet, l. tutor qui poſt. tutoribus, ff. de adminiſtr. tuto. cùm ipſo iure hoc inter eos diuiſum ſit, l. ea quæ, C. famil. herciſc. Aliud eſt ſi ex eorum perſona obligatio originem accipiat, aut quia nomine alterius fidem ſuam aſtrinxerint, & æs alienum fide ſua eſſe iuſſerint, vel quia tanquam principales teneantur. Et quidem in prioribus receptum eſt ſingulos in ſolidum teneri, l. non rectè, C. de fideiuſſ. vt inter eos ſolos qui ſoluendo ſint ex epiſtola diui Hadriani in portiones obligatio diuidatur, l. inter fideiuſſores, ff. de fideiuſſo. In poſterioribus aliud eſt cōiunctim [2] quàm ſi ſeparatim vel diſiunctim ſe-

obliga-

obligauerint, vt priore caſu viriles tã-tùm deberent, l. reos, §. cum tabulis, ff. de duob. reis, ſi nõ actum fuerit, vt eſſent duo rei, l. 3. § 1. ff. eod. Altero quamuis nihil dictum fuerit, duæ naſcebantur obligationes, l. 2. ff. de Noua. l. ſi ex toto, §. 1. ff. de lega. 1. quæ omnia immutata ſunt: nec ſolent duo rei cõſtitui ſi non ſit expreſſum, §. 1. de duob. reis in nouellis. Duorum igitur reorum nexus vel pactione vt in ſuperioribus, aut rei natura conſtituitur quod duobus modis accidit. Priore, ex re ipſa quæ debetur, cuius præſtatio indiuidua quoque ſit: veluti ſi ſeruitus, aut factum, vel aliud quippiam debeatur, quod partis ſolutionem nõ admittat. Itaque conſtet ſingulos in ſolidum obligari, nec iure aliquo fieri poſſit vt aliter debeant l. 3. & 4. ff. de verb. obli. l. arbor. §. aquarum, ff. comm. diuid. l hæredes. §. an ea, ff. famil. herciſc. Altero ex per-

ſonis quæ detinẽtur, quarum munus & officiũ ex quo naſcitur obligatio, indiuiduum ſit : quod in pluribus tutoribus, curatoribus, procuratoribus, & magiſtratibus potiſſimùm conſideratur: quorum omnium par & ſimilis fermè ratio eſt. In quo tamen non ſatis ſibi noſtri conſtitiſſe videntur, ob varia hac de re eorum reſpõſa, quæ extant. Et quidẽ certũ eſt ſi diuiſio inter plures facta non fuerit, licere creditori vel vnum ex his eligere, qui in ſolidum cõueniatur, l. cùm interdictæ. C. arbitr. tutel. l. 2. C. de diuid. tut. l. ſi plures, ff. de cura. bon. dand. idémque ſi ipſi ſoli diuiſerint: quoniam vt ait Papi. diuiſio ab ipſis tutoribus facta iuris non eſt, ſed inter eos modum adminiſtrationis facit, l. inter tutores, ff. de admini. tuto. & in pluribus magiſtratibus illorum indiuiduum officium eſſe Paulus adnotat in l. quid

ergo, ff. ad municip. Quod in pluribus qui geſſerint verum eſt: ſed & ſi nihil ab aliquo geſtum fuerit, eadẽ eſt ratio, l. ſi plures, ff. de admini. tuto. l. periculo. C. eo. ſic tamen vt exemplo fideiuſſorum inter hos omnes qui ſoluendo ſunt, diuidatur obligatio, l. 1. §. nunc tractemus, ff. de tutel. et rat. diſtrah. l. ex perſona, C. de proba. l. fin. C. in quib. cauſ. tut. haben. l. 1. C. de + diuiden. tut. Et in tutoribus hoc ſit potiſſimum, vt prius contutor, qui ſuſpectum alterum accuſare debuit, tandem magiſtratus conueniatur, l. 1. § vſque adeo, ff de tut. & rat. diſtrah. vt alia ſit cauſa tutorũ, eorũque qui priuati alicuius res gerunt, alia eorum qui reipub. negotia adminiſtrant, l Lucius, §. Sempronij, ff. de admi. tuto. Priuato enim geſtori imputandum eſt, cur collegam ſuſpectum non fecerit, l. etiam, ff. de admi. tut. l. duo

ff de magiſt. conuen. cùm & ſatiſdando in adminiſtratione præferri potuit, ſi fidem ei non habeat, nec alieni periculi ſuccedaneus eſſe velit. l. ſi plures, §. fin. ff. de admi.tuto.§.1. de ſatiſd.tuto.apud Iuſtinia. Et hoc eſt quod apud Paulum dicitur in ea ſpecie, in qua contutor contutorem ſuum ſuſpectum accuſaſſet, conueniendum prius magiſtratum: aliàs cùm magiſtratus plures tutores dant, non prius ad eos reuerti pupillos poſſe, quàm ſi omnes tutores excuſſi fuerint, l. Lucius, §. cum teſtamẽto, ff. de admini.tuto. quod in pluribus curatoribus reipu. non eſt idẽ, cùm lege datum non ſit alteri alterum ſuſpectũ facere, ſed ſolius magiſtratus officio incumbat ab eo ſatis accipere. quæ ratio eſt, cur perpetuò ipſe prior cõueniatur, d. §. Sempronij, cui ex diametro aduerſari videtur Modeſtinus in l. cùm alicui, ff.

de negot. geſt, vbi nec magiſtratus, nec collegę, ſed heredis legitimi eſt periculum. At verò ex facto ius oritur: ſatis enim apud Modeſtinũ magiſtratus officio ſuo functus fuerat, qui ſemel idoneum ordinauit. quocirca futuri temporis periculum ad eum non pertinet, quia nec à ſapientiſſimo præuideri potuit, l. 2. §. ſi eo tempore, ff. de admi. rer. ad ciuit. pertinen. & in eo quoque magiſtratus à tutore & cæteris priuatorũ adminiſtratoribus differt, quoniã ſatis eſt, ſi ſemel ille idoneũ elegerit, l. 1. § ſi magiſtratus, ff. de magiſt. cõuen. Hi per ſingula momenta collegæ facultates perſcrutari & exquirere coguntur, l. 3. l. tres tutores, §. quod autem, ff. de admini. tuto. Sed cur apud Modeſtinum ſaltem collegarum nõ eſt periculum? at ratio eſt, quia eorum ordinatio & adminiſtratio pro tribunali nulla fuit iudicata, teſtamẽto

ad irritum deducto. quocirca perinde ſe res habet ac ſi ſine mãdato alienis ſe ſe actores ipſi negotijs immiſcuerint: quod cùm diuiſim eos feciſſe contineatur, nec omnes geſſerint, meritò qui geſſit tantùm, quoniam ipſe ſolus ſe immiſcuit, negotiorum geſtorum actione obligabitur. Aliud verò eſt, ſi cauſa adminiſtrationis iuſta & probata duret, ex qua ſingulorum periculum eſſe dici poſſit: vt in eo, qui ob ęs alienum hęreditatẽ omiſerat. Ideóque à creditoribus municipibus forte, curatores bonis ſint dati: & hic tandem nihilominus ad eandem ſucceſſionem fuerit reſtitutus. Non enim inde actorum adminiſtratio magis irrita conſtituitur, ſed præcedentis actionis iuſtæ rationẽ curatores illos reddere erit æquiſſimum: quod ex legibus fieri ſolet, vt alter alterius nomine teneatur: ſicuti ex diſputatione

noſtra videre eſt: denique apud Modeſtinum ideò diuiſionis ab actoribus factę ſine magiſtratuum conſenſu effectus aliquis eſt: quia ordinatio & curę mandatũ à decurionib⁹ expoſitum: nullum declaratum eſt. alioquin contra eſſet: quoniam indiuiduum eorum officium ab ipſis ſolis ſeparari non potuit, l. 2. §. ſin. C. de diuid. tut. nec huius diuiſionis habetur aliqua ratio in d. §. Sempronij. Quod autem diximus collegam [6] prius cõueniendũ eſſe, ita verũ eſt, ſi nõ & ille, de cuius adminiſtratione & facultatibus quæritur, fideiuſſorẽ dederit vſque adeo enim illũ ſoluẽdo credimus ſi vel ex eius aut fideiuſſoris bonis ſatisfieri poſſit. quinimo caſu eo prior magiſtratus impetẽdus eſt, ſi contutori nõ imputetur, quod collegam ſuſpectum non fecerit, l. 1. §. vſque adeo, ff. de tutel & rat. diſtrah. Cuius etiam rei ratio redditur:

quoniam collega negligentiæ, ac pę-
næ cauſa. qui verò tanquam fideiuſ-
ſor nominauerit, fidei ratione con-
ueniatur, l. imperator, ff. ad muni-
cip. Item altera, quia non iuſtè qui
nominauerit, eſt vniuerſum pericu-
lũ recuſaturus, cùm ſcire debeat eius
qui nominaretur, indiuiduum offi-
cium & commune periculum ſuſce-
pturum, l. quid ergo, ff. eo. & ita va-
rijs reſcriptis imperatorum & eorũ
reſponſis contineri Vlpianus auctor
eſt: hæc tamen quæ diximus, prius
magiſtratũ quã collegam cõueniri,
ſi nihil hinc imputetur, vt poſtremus
7 tandem impeti poſſit, Gordiano
imperatori non ſatis placuiſſe, nega-
re non poſſumus: quod ex duobus
eius reſcriptis apparet in l. aduerſus,
C. de magi. conuen. & in l. 2. C. quo
quis ordin. conueni. At verò ſimile
eſt huius temporibus ſeneſcẽte Ro-
mano imperio, & iamdiu prolapſo

Iuriſ-

Iuriſconſultorum flore, aliquid ex antiqua prudentia immutatum fuiſſe: niſi ſi quis malit hęc anterioribus congruere, dicat in l. aduerſus non agi de Magiſtratu, qui tutorem creauerit, ſed de eo qui nomen tutoris Magiſtratui ediderit & commendauerit: vt is quidem non tanquàm fideiuſſor, nec aliquo modo facilè teneatur, ſi non aut pecunia, aut gratia, falſa renunciauerit, l. 1. §. ſi præſes, ff. de Magiſtr. conue. eius exemplo, qui alterius nomen ediderit aut commendauerit, quem vel de dolo, aut in factum actione tantùm teneri cõuenit, l. & eleganter, §. fin. ff. de dol. l. ſi is qui rẽ, §. ſi tu Titium, ff. de furt. eáque ſit cauſa, cur etiam poſt contutorem apud Gordianum cõueniatur. Difficilior eſt, l. 2. C. quo quiſ. ord. conueni. In qua de eo quẽ curatorem appellat, expreſſè loquitur: niſi dicas ſingulis ibidem munus ita

iniunctum fuiſſe, vt in ſolidum tenerentur, quod reſcripti verba continere videntur, & eo caſu non ambigitur prius contutores quàm nominatores ſeu curatores conueniendos eſſe: quia expreſſiùs ſinguli ſe obligauerint. Licet enim ex muneris natura tenerentur, tamen ne inutilis hæc conſtitutio videatur, magis eſt, vt ſe arctius aſtringere voluerint, l. ſi quando, ff. de lega. 1. Item notãdum eſt in eo quòd nemo geſſit, non vtique eius eſſe periculum qui quędam geſſerit, ſed cõmuniter omnium: ſic tamen vt in his quę geſſit prior conueniatur ipſe, l. Pater, C. de hæred. tuto. l. 1. C. ſi tut. reipub. cauſ. l. & ſi ſciſſes, C. de admini. tuto. In ceteris omnium obligatio vertatur, l. tres tutores, §. Item, ff. de admini. tuto[8]. Et hæc quidem ſi nulla diuiſione negotia gerantur: nam iuſtè ſi diuiſa adminiſtratio fuerit, aliud conſide-

randum eſt: vt niſi ex certis cauſis alter alterius nomine vix cõueniatur, l. 2. C. de diuid. tut. vbi Accurſius etiam hoc adnotat. quod maximè in plurium Magiſtratuum ſtationibus locũ habet, quę iure & re ipſa diuerſę ſunt, l. 1. C. de compenſa. l. 2. C. de ſolu. Niſi tale quippiam pluribus cõmittatur, quod vel ab vno conſummationem exigat, l. tres tutores, § Itẽ ff. de admin. tuto. quo caſu æquũ eſt alterius ratione obſtringi alterum, l. 2. C. de conueni. fiſc. debito. vel ſi vnius tantùm muneris & negotij pluribus cura mandetur, quod idem ferè eſt, l. 2. C. quo quis ord. conueni. quod in tutoribus, curatoribus, vel omnium bonorum procuratoribus, aliter ex generali & varia obligationis forma dici poterit: vt alter ad alterius inſtructionem ſolummodo teneatur, l. Titiũ, §. 1. ff. de admin. tut.

ORNATISSIMO

ET OBSERVANDISSIMO FRANCISCO NESmundo ſacratiſſimi cōſiſtorij Regij Conciliario ſanctiſſimo & in Burdigalenſi ſenatu Præſidi clariſſimo P. Beloius S.

ANNVS fermè xiij. agitur (præſes obſeruandiſſime), quo cùm Cadurci in Quercinēſi prouincia eſſes, & me publicè in ſcholis ius ciuile explicantem audiſſes, mox ſtudiorum filij tui chariſſimi, egregio, ſuaui, & eleganti iudicio tunc perpoliti, Andreæ Neſmundi qui ad plenam pubertatem nōdum adhuc peruenerat, aſſiduum comitem eligere volueris; Qua in re quale tuum

me iudicium fuerit, & quàm optimè de ſtudijs meis credideris dilucidè perſpexi. Itaque effectum eſt vt ſumma te poſt hâc obſeruatione coluerim, & filium tuum, nũc Chriſtianiſſimo Regi, in maiori Conſilio ornatiſſime, & mira exiſtimatione aſſidẽtẽ, maxima beneuolẽtia, & affectione ſingulari ſim proſecut⁹. Sed nec illud mihi ſatis ad ſummã illã ſpectatiſſimi, probatiſſimi, & honoratiſſimi ſenatoris rependendã gratiam eſſe putaui, ſi non aliquod ciuilis, ac perpetuæ obligationis monumentum edidiſſem: nullũ vero maius habeo, quàm ſi animum erga te meum eodem teſtimonio probem, quod ampliſſimum illud beneficiũ peperit, vt me tibi, filioque tuo charum effecerit, quodq; in futurum retinere poſſit. Habe igitur (præſes ornatiſſime) Variorum iuris ciuilis libellum, quo varia contineri teſtimonia velim, quibus omnes intelligent, ſtudium meum dignitatis tuæ vel tuendæ, vel ornandæ cauſa nunquàm defuturum. Vale.

AD P. BELOIVM I.C.
A. NESMVNDI IN
magno Conſilio Re-
gij Conſiliarij.

Pater, tibi multa, plura filius debet.
Debere ſi quid te putas, doctum hunc librum
Compēſa, obærabit ſatis quod excurrit.

PETRI BELOII IVRISCONSVLTI, ET IN SENESARCHIA THOLOſana Regij Conſiliarij meritiſſ. Variorum iuris Ciuilis,

LIBER SECVNDVS. CAPVT PRIMVM.

1. *Malæfidei poſſeſſor, ex re ſua acquirere poteſt.*
2. *Poſſeſſio ab vſucapione quid differat.*
3. *Homo liber qui ſeruit, facilius quàm ſeruus alienus eripitur.*
4. *Explicata l. qui ſcit, §. bonę, ff. de vſuc.*
5. *Scientia rei alienæ quomodo ſit accipienda.*

NOn ſolùm per nosmet ipſos, ſed & per eos qui in poteſtate noſtra ſunt acquiri nobis ciuiliter poſſe certum eſt, l. ea

quæ, ff. de acquir. rer domi. quinimo per eos qui bona fide nobis ſeruiunt ſi aut ex re noſtra, vel ex operis ſuis acquirant. nam & meum eſt, quod ex re mea ſupereſt, l. ſolum, §. meũ, ff. de rei vendic. & in operis, quæ fructuum loco ſunt percipiendis, l. opus, ff. de oper. ſeru. bonæ fidei poſſeſſoribus comparamur, l. quæſitum, ff. de acquir. rer. domi. Amplius quoque Caius exiſtimat quod ex re ſua poſt iudicium acceptum poſſeſſor quæſierit, non reſtituturũ, l. præterea ff. de rei vend. & cõmunem habet, quia omne lucrum tantũ ab eo extorquendum fuit. nec illud etiam Seuerus & Antoninus pernegant in l. C. de rei vend. ſed ancillarum operas & partus fœtúſque pecorum reſtituẽdos putant, quia non eadem ſit horum ratio, eiuſque quod ex re noſtra quæſitum fuerit. Cętera aut ſibi, ſi liberi ſint, vel dominis ſi

alieni ſerui bona fide poſſeſſi parare poterunt, l. liber homo, ff. de acquir. rer. domi. [2] Ex quibus diſputatur, ſi vel alienum aut liberum eſſe intelligam, an per eos acquirere poſſim: ac ſanè cum bonę fidei poſſeſſori in lucrandis fructibus ius ciuile nos comparauerit, magis eſt ne poſſim: ſed cominus alieni ſcientiam habuerimus, bona fide poſſidere deſijſſe videamur, l. qui bona, ff. de acquir. rer. dom. Quamuis illud in vſucapione ſeruetur. quia hæc ad ius quod ab initio extitiſſe ſufficit: diſputatio verò noſtra ad factum, hoc eſt ad poſſeſſionem bonę fidei pertinet. §. bonæ fidei, ff. de acquir. rer. domi. quæ tandiu locum habere poteſt, quandiu bona fides adſit. Sed inſtant grauiſſimè noſtri ex l. qui ſcit, §. bonę fidei, ff. de vſuc. vbi bonæ fidei poſſeſſor, qui ſeruum alienũ detinet, iudicatur, quandiu ſeruiens ab

eo non euincitur, nec ab alio iudicio repetitur. Quo loco motus Accurſius & veteres cenſuerunt aliud in ſeruo alieno, aliud in homine libero, qui bona fide ſeruit conſiderandum eſſe: vt in priore euictio ad fidē malam detegendam neceſſaria ſit, in poſtremo extra iudicialis ſcientia ſufficiat: quo modo pugnantem ſibi ipſi Vlpianum conciliant, cur tàm variè rationem non adiungunt: ego illam ab eis excogitatam autumo: quia facilius alienus ſeruus, qui capax eſt ſeruitutis, nobis acquirere poteſt, difficiliúſque nobis auffertur, quàm homo liber, qui non eſt in commercio. quocirca plectendus ſit, qui eum ſciens retinuerit, quaſi publicum crimen contraxerit, l. 1. C. ad leg. Fab. de plagiar. l. ſi ſciens, ff. de liber. cauſ. Sed hæc quidem pulchra & per ſe vera eſſe poſſunt. at verò cauſæ no-

ſtræ non congruere exiſtimo. Nam vterque caſus hominis liberi & alieni ſerui perpetuò à Iuriſconſultis coniungi ſolet, §. 1. par quas perſon. nos. acquir. l. acquiritur, ff. de acq. rer. domin. Itaque verum eſt, quod diximus, ſcientiam impediméto eſſe ne ex his acquiramus, l. qui bona, §. tandiu, ff. de acq. rer. domi. Cęterùm notitiam per rerum + euictionem in iudicio naſci Vlpianus interpretatur in l. qui ſcit, §. fin. ff. de vſur. vt non hæc quolibet modo, ſed litis conteſtatione detegatur. Nam & ea eſt, quæ potiſſimùm malæfidei poſſeſſores arguit, l. certum, C. de rei. vend. & alibi ſciſſe non videtur, cui apud iudicem denunciatum, non eſt, l. denunciaſſe, ff. ad leg. Iul. de adult. eáque ſola forma ſcientia probetur. Quoniam qui dolo dicit factum, do-

cere dolum admiſſum debet, l. quoties, §. qui dolo. ff. de probat. eóque referri poteſt quod dicitur, cogitationis pœnam neminem mereri, l. cogitationis, ff. de pœn. nec in alienis geſtis curioſum quemlibet inquirentem audiri, l. doli, ff. de nouat. Ergo ne in hoc diutius partes litigent, alterius ſcientiam litis conteſtatio demonſtrat, qui anteſtari malint, quàm rem reſtituere, l. illud, ff. de petit. hæred. quod etiam doctrina Bartol. confirmat in l. 1. §. fin. ff. de act. empt. & hoc ſenſu verbum euictionis accipi, mala fides quæ per actionem indicatur, detegit, l. ſed & ſi, §. ſi ante, ff. de petit. hęredit, quãuis alibi res euicta non aliter quàm ſi auferatur, accipienda ſit, l. ſi ſeruus venditus, ff. de euict.

CAP. 2.

1. *Quot modis diſtribuatur hæreditas.*
2. *Imperfecta parentis voluntas inter liberos probanda ſaltem eſt.*
3. *A patre filio donata cæteris conferuntur.*
4. *Explicata l. filiæ, C. famil. herciſc. &*
5. *L. filium quem, C. eo.*

QVATVOR modis hæreditatē, quā noſtri familiam [1] vocant, diuidi poſſe varijs iuris locis adnotare facile eſt. Primò, à lege xij. tabul. per quā ea quę in nominibus verſantur diſtributa ſunt, vt pro portionibus hęreditarijs ſinguli ex inſtitutis teneātur, l. ea quę, C. famil. herciſc. l. pacto. C. de pact. l. 1. C. ſi cert. peta. pro his denique agant, ſi nō ex iuſta cauſa factę ad iudicationes fuerint, l. 2. §. fin. & l. 3. ff. famil. herciſc. Secūdò hæredes ipſi cōſēſu à cōmunione diſcedere poſſe ſępe reſcriptū eſt, l. 1. C. eo. ſi modo traditio-

nem & poſſeſſionem conuentio ſequatur, l. ſi diuiſionem, C. eo. vel placitum ſtipulatio firmauerit, l. diuiſionis, ff. de pact. Non enim alio modo ex hoc pacto quaſi permutatione facta agi poterit, l. ſi filia, §. ſi pater. ff. fami. herciſc. l. ex. placito, C. de rer. permuta. quamuis iudicem quod ipſi maluerint litigantes exequi conuenit, l. 3. §. fin. l. iudicem, ff. commu. diuid. Tertiò ab arbitro fit diuiſio, l. 1. ff. famil. herciſc. quæ tanti momenti eſt, vt nec tanquam per errorem extorta reſcindi valeat, l. cùm putarem, ff. eo. licet ſi ex conuentione fieret, retractari poſſet, l. ſi poſt, C. de iur. & fact. ignoran. Item hæc actio ſæpius ab hiſdem non mouetur, l. ſi filia, §. familiæ, ff. famil. herciſc. ſæpius tamen inter ſe conuenire & diuidere non vetantur, l. 1. C. eo. Quartò, ſi defunctus futuræ ſucceſ-

ſionis cogitatione officium arbitri præuenerit, eius voluntatis ſumma erit habenda ratio, l. quoties, C. eo. quod inter liberos reſpuendum non eſt, ſi paterna charitate ductus quoquo modo diſtibuerit. Nam eius etiam imperfecta probata tamen voluntas ab ipſis infirmari non poterit, l. filij, l. fin. C. eo. l. hac conſultiſſima, §. ex imperfecto, C. de teſtament. l. ſi filia, §. ſi pater, ff. famil. herciſc. cùm in extraneis hęredibus inſtitutis locum habeat, vt in adiudicationibus ipſius teſtatoris iudicium ſequamur, l. ex facto, ff. de hęred. inſtit. Idem in pręceptionibus, l. ſi ita legatum, ff. famil. herciſc. aut oneribus indicendis ſeruetur, l. ſi filia, §. Idem Papinianus, ff. eo. l. cùm ab vno, ff. de legat 2. Multo magis iudex, ſi quid vni ex liberis pater ſpecialiter aut generaliter aſſignauit, eius in

adiudicando ſequetur voluntatem, l. ſi cogitatione, C. eo. l. quę pater inter filios, l. ff. famil. herciſc. Quocirca 3 licet olim illud moris eſſet, vt filio familias etiã inter viuos à patre donata ſucceſſoribus cęteris conferrentur, l. ſi donatione, C. de colla. quaſi illud in bonis patris adhuc permanſiſſet, nec niſi alio adminiculo confirmata patris familias in filium collata donatio valeret, l. ſi pater, C. de inof. dona. l. donationes, C. de donat. int. vir. nec ſi ipſius quoque nomine comparaſſet, l. 1. C. de caſtrenſ. pecul. lib. 12. quia ſtatim pater per filiũ, qui habere non poterat, cùm ipſe poſſideretur, acquiſiturus eſſet, l. placet, ff. de acquir. hered. §. 1. per quas perſon. nobis acquir. nihil tamẽ impediebat quominus vel filij nomine comparata, aut multo magis ſi expreſſé à patre donata fuerint per arbitrum diuidendæ hęreditatis

prȩcipua ei adiudicarētur, quaſi iam quodāmodo huic deſtinata viderē-tur, l. cùm de bonis, C. de dona. non vt + illud quidem excludat collatio-nis neceſſitatem, ſed minus accipiē-do, iſtud tamen filius habiturus ſit, quod in dote obſeruari conſtat, vt eo modo filia eam conferre debeat, l. dotis, C. de coll. quo ſenſu ſi acce-peris, vt debuit, l, filię, C. famil. her-ciſc. non aduerſatur ei quod dicitur in l. ſi. donatione, C. de colla. cum qua alioquin implàcabiliter pugnat. Nec interpretationi noſtrę oberit vox præcipua, qua Dioclet. & Ma-xim. vtūtur in d. l. filię: quoniā ea nō tantùm illud quod pręterea aut prę-ceptionis nomine relictū eſt, ſigni-ficatur, ſed & quod in adiudicationi-bus vni conſeruatur Illud præcipuū Vlpianus appellat, licet alioquin vi-riles partes eſſe deberēt in l. ſi certarū

ff. de milit. teſtam. not. in l. ex facto, ff. de hæred. inſtit. Eodémque exẽplo à Dioclęt. & Maximia. reſcriptũ legimus: filiũ, quem viuus pater fundũ habere paſſus eſt, ab eo tandẽ hęredẽ pro parte factũ, ac de reſtituẽdo cohęredibus accepta pecunia grauatũ, hęreditariã partẽ ſuam fundi in quartã imputaturũ, & pecuniã, quam à cohęredibus accepturus eſt, Itẽ ſi quid ad eã ſupplendã deſit, amplius ex eo fundo conſecuturũ: vt quaten⁹ fieri poſſit, prędiũ ſibi retineat, quod quidem nullã poteſt meliorẽ habere rationem, quàm quod ei pater fundũ aſſignaſſe videbatur, l. filiũ, quẽ, C. famil. herciſc. ab hoc tamen duo caſus excipiẽdi ſunt. Primus, ſi contrarium patris iudiciũ probetur. Secundus, ſi in diuidenda hęreditate is cui donatũ eſt aut eius nomine cõparatũ, hoc nõ petierit, d. l. filię, C. famil. herciſc.

CAP. 3.

1. *Solo pacto adiectionis in diem meliori allata cōditione ante tranſlationem vē-ditor non ſit dominus.*
2. *Differentia l. cōmiſſoriæ & adiectio-nis in diem.*
3. *Explicata l. 3. C. de pact. int. emptor.*
4. *Vt pignus valeat quid requiratur.*
5. *Dominium ſæpius in pendenti eſſe.*
6. *Quid veniat in ratione legis Falcidiæ.*

Pvtant noſtri vendito fundo ſub pacto adiectionis in diē poſt meliorē conditionē allatā venditorē ipſo iure ſtatim ante tranſlationē dominū fieri, & rē vendicare poſſe, gloſa. in l. ſi quis ff. de rei vendic. & Bartolus ibidē, Baldus in l. 3. C. de pact. int. empt. Paul. Caſtrēſis in l. 2. ibidē. Nō 1 tamē aliqua huiuſce cōmunis ſententię ratio adferri poterit, quin obſtat grauiſſimè quod emptor cùm res ei ſit tradita & pretiū ſoluerit, effectꝰ fuerit dominꝰ lege iubēte, ergo fieri pacto contrahētiū nō

potuit vt eſſe deſinat, l. cùm manu ſata, l. nemo, ff. de contrah. empt. maximè cùm dominiũ ſolo conſenſu amitti non ſoleat, l. ſi quis vi, §. differentia, ff. de acq. poſſe. Nec præſumendum eſt, aut non facile crediderim, iuris noſtri prudentes hunc adeo celebrem locum diſſimulaſſe & ſilentio præterijſſe ſi verũ putaſſent. Item obeſt interpretibus, generalis Neratij cõſideratio, qua docet ipſe, conuentione quæ pertinet ad reſoluendum id quod actum eſt, perfici nõ poſſe, vt tu quod iam tibi præſtiti mihi prçſtare cogaris: quin eo modo non tam hoc agitur vt à priſtino negotio diſcedamus, quàm vt nouæ quædam obligationes inter nos conſtituantur, l. ab emptione, §. fin. ff. de pact. maximè quia certum ſit hanc venditionem puram eſſe, licet ſub conditione reſoluatur, l. 2. ff. de in diem adiect. denique Iuliani pro-

bata ſententia eſt, vt emptori poſt allatam meliorem conditionem interdicto quod vi aut clam agere liceat, quòd ad eum omne rei commodū & incommodum pertineat, ante quam transferatur; l. vij. eum qui, ff. de in diem adiect. Ex quo patet potiorem eius eſſe cauſam quàm vēditoris: cui ſi vendicare licuiſſet, multo magis hoc interdicto experiri poterat, & illi actio reſeruanda fuiſſet, l. competit, ff. quod vi aut clam. Sed & poſtremò expreſſum eſt apud Vlpianum in l. is qui, §. ſi fundus, ff. quod vi aut clam, & l. vij. ff. de in diē adiect. poſt meliorem conditionem allatam, vēditori ex vendito iudiciū dari, quod ſimilibus pactionibus quæ ad reſoluendam venditionem adijciuntur conuenit, l. 1. C. de pact. int. empto. l. venditi actio, de act. empt. nec ſanè eadem in adiectione in diem, quæ in lege commiſſoria ra-

tio militat: quã ob rẽ ex hac vẽditori facile vẽdicare licebit, l. 4. C. de pact. int. empt. l. fin. ff. de leg. cõmiſſ. quia per legem commiſſoriam nunquam res emptoris facta ſit nondum ſoluto pretio, §. venditę de rer. diuiſ. apud Iuſtini. l. procuratoris, §. ſed etſi, ff. de tributo. Licet enim pura rei traditione venditor alienauerit, quia tamen ſub conditione per legem commiſſoriam abſtulit, ſub contraria potius dediſſe videbitur, l. legata, ff. de adim. lega. l. pecuniam, ff. de reb. cred. vt nec vltra in creditum ijſſe iudicandus ſit. Ideóque ſi pars pretij ſoluta fuerit, ob reliquum etiam venditorem vendicare non poſſe putem: quod [3] expreſſum eſt in l. 3. C. de pact. int. empt. quia cum ſemel æris parte cõtentus fuerit, ſatis ei quodammodo emptor feciſſe videatur, l. ſolutum, §. ſolutam, ff. de pignor. act. ac iuris ciuilis ratione dominium pro parte

emptorem accipere voluiſſe non cõijciamus, nulla quoque lege cautũ ſit vt legis effectus pro parte naſcatur, maximè cùm volenti venditori minutatim emptor ſoluerit. quocirca contra eum in ambiguo potius interpretamur, l. veteribus, ff. de pact. vt res omnis in emptorem tranſlata ſit, ſecundum vulgares iuris regulas: niſi precariam venditor poſſeſſioné tradiderit, quo caſu. ſibi retinuiſſe videtur, l. quod meo, ff. de acquir. poſſe. Non obeſt quod ſtatim poſt meliorem allatam conditionem rem vendicare nõ poſſit emptor, l. ſi quis hac, ff. de rei vend. quinimo pignus finiatur quod dederat, l. ſi res ff. quib. mod. pig. vel hipoth. ſol. & ideò conſtat, inquit Vlpianus, illum medio tempore fuiſſe dominum, l. vbi, §. ſed & Marcellus, ff. de in diem adiect. quibus noſtri mouentur. Nam quamuis hæc vera ſint, non

ob id tamen apparet ante tranſlationem venditorē dominū effici, neque hoc vt pignus finiatur exigimus, alteri⁹ quàm debitoris eſſe, ſed vt valeat ad debitorem pertinere debere, l. ante omnia ff. de proba. vnde accepimus creditorem probaturum, cùm conueniebat, rem in bonis debitoris fuiſſe, l. & quæ §. quod dicitur. ff. de pignor. Et hoc eſt quod dicimus, non quale ius alterius fuerit, ſed quid in ea re quæ pignori data eſt debitor habuerit, ferè conſiderãdum, l. ſi ſuperatus, ff. de pignor. nec nouum eſt rem meam non eſſe, quę tamen adhuc alteri quęſita non fuerit, l. 2. ff. pro derelict. interdum oſtenditur, inquit Vlpianus, in pendenti dominium eſſe poſſe, l. ſed & ſi, §. interdum, ff. de vſufr. in emptione & venditione manifeſtum eſt re tradita prętio nondum ſoluto alienam quidem illam factam à venditore

cenſeri, vt Dioclet. & Maxim. reſcribunt in l. ſi ancillam, C. de act. empt. nam & alienatum tanquàm alienum factum vocamus, quo modo à ratione aliena dicimus, quæ longè ab ea diſtant, nec illi cohæreant, & in hac diſputatione alienatum Vlpianus appellat, non illud quod alteri quęſitum fuerit, ſed quod in dominio venditoris non manſit, l. alienatum, ff. de verbo. ſignif. Ergo res vendita à venditore tradita aliena facta eſt, vt ex ſuperiori reſcripto patet. Quocirca nec ipſe manumittit ancillam nec vendicat, l. 1. C. de act. empt. l. inciuile, C. de rei vend. cęterùm nihilo magis dicetur emptoris facta, ſi non ab eo prętium exſolutum fuerit, l. quod vendidi, ff. de contrah. empt. ſed & ſi pura venditio ſit, in ſuſpenſo tamen plerumque dominium eſt propter iuris conditionem, vt Pauli reſponſo

docemur in l. bouem §. interdum, ff. de ædil. edict. Idemque in re noſtra dici poterit, vt propter conuentionẽ & legem venditioni dictam emptor qui non poſſidet, vendicare tamen non poſſit, l. ſi quis, ff. de rei vend. Porrò non ob id venditori quęratur, niſi tranſlata fuerit: ſed ſi conditione vti velit, iudicio ex vendito experiri liceat, l. is qui, §. ſi fundus, ff. quod vi aut clam. qui malè & inconſideratè ab interpretibus ad hanc cauſam adſertur, cùm eo potius liquidò conſter, nunquam venditori hoc interdictum, de quo agitur, dari, ſi rem quaqua ratione non habeat: nec nouum eſt varijſque iuris articulis confirmatur in pendenti eſſe, cui res acquirenda ſit, quod euentus explicet l. quædam, ff. de reb. dub. l. ſeruus qui, §. fin. ff. de acqui. rerum domini. l. ſi ſeruus communis Męuij, §. fin. ff. de ſtipu. ſeruo. quamuis

ſtipulatio ipſa pendere non poſſit, l. ſi ſeruus 21. ff. eo. quod quemadmodum accipiendum [6] ſit, dicam latiùs aliquando. Fortius obeſt quod dicitur in l. ſtatuliber, 37. ff. ad leg. Falc. ad diem addictos ſeruos in vẽditoris bonis cenſeri. ſed hoc quantum ad legem Falcidiam ęſtimandum eſt, in qua non modò rei, ſed & actionis rationem haberi in patrimonio defuncti ęſtimando certi iuris eſt, vt vel illud augeat, vel ex ea decedat. l. in ratione, l. pœnales, ff. ad leg. Falc.

Cap. 4

1. *Qui emit à tutore, vſucapit.*
2. *Error facti non nocet vſucapioni.*
3. *Intellecta l. 2. §. ſi quis à pupillo, ff. pro empt.*
4. *Publiciana in quibus locum habet.*

QVI à pupillo emit ſine tutoris auctoritate, non vſucapit. l. 3. C. de auth. pręſtand. l. fin. C. de vſucap. pro emptore. Itaque

cùm lex inhibeat vſucapionem, l. vbi ff. de vſuc etiam bonæ fidei emptor. non capiet vſu, ſi pupillus vẽdiderit. l. bonę fidei, ff. de acquir. rer. domin. vnde contractus cum eo factus claudicare dicitur in l. Iulianus, §. ſi quis à pupillo, ff. de act. empt. Aliud dicendum eſt, ſi tutor ex cauſa adminiſtrationis diſtrahat, qui iuſtam poſſidendi cauſam pręber, l. non omni, C. de admini. tutor. quod quatenus accipiendũ ſit oratione Seueri alijſque conſtitutionibus principum continetur, l. 1. ff. de reb. cor. l. lex quæ, C. de admini. tutor. l. fin. C. quand decreto opus non eſt. Porrò de tutoris dolo excipi pupillo poterit, l. apud Celſum, §. illa etiam quęſtio, ff. de dol. mal & met. excep. quia non malè cum tutoribus contrahatur; l. tutor. §. fin. ff. de minor. l. fin. ff. de adminiſt. tutor. idem erit ſi tutore auctore pupillus

alienet. Hinc enim auctor per leges fieri non vetatur. § 1. de auctor. l. pupillus, ff. de acquir. rer. domini. is tamen diuerſo iure cenſetur, qui pro tutore adminiſtrauerit, cuiſque hoc non eſt iure conceſſum. Idcirco agenti pupillo ex huius perſona doli non obſtabit exceptio, l. apud, §. ſi quis non tutor, ff. de dol. mal. & met. except. licet ipſo iure res bona fide ab eo empta vſucapi poſſit, l. ſi is qui, ff. de eo qui pro tut. auth. ſe geſſe. quoniam in facto errat, qui cõparauit, hunc verum tutorem eſſe diiudicans, qui talem ſe publicè geſſerit, vt ex communi errore ius induceatur, l. Barbarius, ff. de off. præ. Quocirca non oberit facti error, l. error, ff. de iur. & fact. ignor, quod in vſucapione potiſſimum obſeruatur, quam iuris tantum error impedit, l.

nunquam, ff. de vſucap. Eadémque ratio eſt, cur & is qui à pupillo, quem puberem putabat, ſine tutoris auctoritate emerit, vſucapiat: quia facti error eſt, vt plus ſit in re, quàm in exiſtimatione, l. 2. §. ſi quis à pupillo, ff. de vſucap. pro empt. quę verba trãſpoſita eſſe Iacob. Cuiatius ætatis noſtrę decus & ornamẽtum exiſtimat, & eſt veroſimile, niſi malis interpretari, vt ſit plus in re, hoc eſt in facto & venditionis negotio bona fide habito, vt alibi ex re .i. ex facto obligatio naſci dicitur, l. ſi furioſus, l. ſi à furioſo, ff. de act. & oblig. ac poſſeſſione bona fide accepta, quam etiam ad factum referri Vlpianus exiſtimat in l. bonę fidei, ff. de acquir rer. domin. quàm in exiſtimatione .i. falſa opinione, ex qua error natꝰ eſt, qui cùm in facto quoque cõſiſtat, nec in vſucapionibus ſoleat nocere, nõ cõſideratur l. iuris ignorantia, ff. de iur. &

facti ignor. Itaque idem ſit, ac ſi diceret plus eſſe in hoc negotio & facto, quàm in errore, qui circa illud verſetur, [4] poſtquàm facti non iuris eſt. Et hæc ſpecies omnino ſimilis eſt ſequentis loci, ſi quis à furioſo inquit, qué ſanæ mentis arbitrabatur, emerit, vtilitatis cauſa vſucapit, quamuis non eſſet emptio. quod accipio ſi nó ex bona fide geſtum eſſet, nec de euictione actio, nec publiciana daretur, nec acceſſio poſſeſſionis, l. 2. §. ſi quis à furioſo, ff. pro empt. Illúdque in eo loco ſatis oſtẽdit verſiculus, quáuis non eſſet. Quaſi verò hæc aliud cóſtituerit, propter quá cùm res vſucapiatur, & publicianam naſci Marcellus ingenue fatetur, in l. ſi res, §. marcellus, ff. de pub. in rem act. & neceſſariò verum eſt in his quæ capiútur vſu, hoc genus actionis verſari, l. 1. & 2. ff. de publi. in rem act.

CAP. 5.

1. *Ad quid emptor venditori teneatur.*
2. *Item venditor emptori quid præſtet.*
3. *Corpus venditum ſi non tradatur debet venditor id quod intereſt.*
4. *Genere vendito debetur æſtimatio quanti plurimi.*
5. *Res quomodo dicatur non tradita.*
6. *Fundus vti optimus maximus qui ſit.*
7. *Actio quanti, pluris, & quanti minoris, quæ ſint.*
8. *Cætera emptionis quæ ſit.*
9. *Rei venditæ acceſſiones, quales præſtandæ ſint.*

IN actionibus empti & venditi multa veniunt huius iudicij poteſtate. emptor enim ex vendito pretium & poſt moram vſuras dependit, l. fructus, § 1. C. de act. empt. moram autem ex rei traditione interpretamur: nam cùm re fruatur ipſe, æquũ eſt vſuras quoque

dependere, l. Iulianus, §. ex vendito, ff. de act. empt. l. curabit, C. eo. Nec aliud quicquam venditori præſtabit, licet pluſquàm ex vſuris quærere potuit, l. fin. ff. de peric. & commod. rei vend. quoniam hoc totum eſt, quod ex pecuniæ vtilitate naſci potuit, & eatenus intereſt ſolutam non fuiſſe, l. ſocium qui in eo, ff. pro ſoc. cùm vſurę vicem fructum obtineant, l. vſuræ, ff. de vſur. l. ſi nauis, ff. de rei vendic. itaque tanquàm in fraudem vſurarũ adiectũ quicquid legitimum modum excedit inutiliter promitti dicitur, l. Iulianus, § idẽ Papinianus, ff. de act emp. Item ſi quos ante venditionem fructus emptor perceperit, ęquũ eſt venditori reſtitui: quia poſt contractum enati demum transferri ſoleant, l. 2. §. fin. C. de act. empt. l. Iulianus, §. ſi fructibus. ff. eo. in quibus etiam colligendis ſi quid venditor impenderit, exigere non

vetatur, l. poſt perfectam, C. de act. empt. nulla enim ratio eſt, quæ hanc repetitionem excludat, l. ſi fundus, ff. famil. herciſc. Nam & ſi in rem ipſam aliquid prorogauerit, reſtituendum eſt, l. Iulianus, §. præterea, ff. de act. empt. deinde ſi res admetienda certò pretio pro ſingulis menſuris vendatur, & plures quàm dictũ fuerit inueniantur, pro ſolidis præſtanda pecunia eſt, cùm non alioquin diſtracturus fuiſſet venditor, l. qui fundum, §. qui agrum, ff. de contrah. empt. idque eius exemplo, qui partem iuſſus emere, aliam ex licitatione ad diuiſionem prouocatus acceperit, l. communi, §. fin. ff. comm. diuid. l. qui negotia, §. fin. ff. mand. Poſtremò de dolo emptorem obligari nemo negauerit, veluti ſi rebus ex hæreditate ſubtractis hæredi perſuaſit, vt ſibi quaſi minimo valeret, illam venderet, quanti pluris eſſet, ſi

nihil explicatum fuiſſet actione ex vendito tenebitur, l. [2] Iulianus §. per contrarium, ff. de act. empt. Venditor quoque ex empto actione in primis rem præſtare. i. tradere cogitur, l. ex empto, ff. de act. empt. quod ſi non fecerit, certis ex cauſis etiam emptionem hoc iudicio reſolui poſſe non dubitatur: vt ſi res non extet cùm venderetur, & pretium appenſum ſit, l. domũ, ff. de contrah. empt. vel aliud pręſtetur, quàm conuenerit: quod in eo patet, qui menſam argento coopertam pro ſolida vendiderat, l. cum eo, §. fin. ff. eo. aut puerum pro fœmina, l. alioquin, ff. eo. vel etiam ſciens prò virgine mulierem dederit, l. ex empto, §. ſi quis virginem, ff. de act. empt. nec nouum eſt ad conuentionis diſſolutionem ex empto iudicium dari, l. venditi, C. de act. empt, l, ex empto, §. is qui, ff. eo. maximè poſt deciſam hac de re

ab imperatoribus contentionem, l. ſi fundus, § .1. ff. de leg. commiſſ. Nam & redhibitionem hoc iudicio contineri Labeo & Sabinus putarunt, l. ex empto, § redhibitionem, ff. de act. empt. Ergo rem certam, de qua in emptione cõuenit, pręſtari ęquũ eſt. Sed an præciſè, quod quidam volunt, alijs contra quibus aſſentior: vt ſi res vendita non tradatur, in id quod intereſt actio ſuperſit, l. 1. ff. de act. empt. quamuis procacia venditoris id accidat l. ſi traditio, l. cùm venditorem, C. eo. Nam quid hoc aliud eſt, quàm licere venditori ante rem traditam eandem alteri vẽdere, & priorem emptorem eludere, vt præſtando id quod intereſt ob ruptam fidem liberetur? l. qui tibi, C. de hered. vel act. vend. l. ſi ancillam, C. de act. empt. quod alijs pluribus argumentis huius ſententię aſſertores confirmant. Nec obeſt quod cæ-

teri hęredem venditori aſſimilant, quem legatario preciſè teneri fatemur: longè enim hęc inter ſe differre puto, eo quòd à teſtatore recta in legatarium dominium tranſeat, l. à Titio, ff. de furt. Quocirca iuſtum non eſt rem meam mihi inuito ab hærede aufferri, & inuitis nobis alius res noſtras retinere non debet, l. ſi filio, §. maritum, ff. ſolu. matri. cáque ratione in reſtitutoris actionibus iuſſus, manu militari cogendus eſt, l. qui reſtituere, ff. de rei vend. cùm tamen ex empto ſolum in perſonam iudicium detur. Itaque vẽditũ non alienatũ ante traditionẽ appellatur, l. alienatum, ff. de verb. ſignif. Minus facit illud quod de donatione adiungunt, hanc ad exemplum venditionis perfici, §. perficiuntur de dona. apud Iuſtinia. Nam ſto, ſed venditorem id quod intereſt præſtando liberari ſuprà oſten-

dimus. Itaque nihil hoc ad rẽ noſtrã pertinere, cuilibet rectè ſentienti cõſtare poterit. Sit ſatis igitur venditorem, ſi nõ tradiderit, pœna eius quod intereſt coërceri: quod interdum, inquit Vlpianus, excedit rei verum pręcium, & alibi ſæpius lucrum & damnum continere dicitur, l. ſi commiſſa, ff. rem rat. haber. l. ſi fundus, ff. loca. l. 3. §. fin. ff. de eo quod cert. loco. In hac noſtra diſputatione omnia complecti docemur, l. Iulianus, l. ſi quis ſeruum, ff. de act. empt. vt quatenus re vera intereſt conſequamur, l. vnic. C. de ſent. quæ pro eo quod int. vnde ſi quod poſſet emptor ab euincente retinere, prætermiſerit, à venditore non repetet, l. idémque +, §. 1. ff. eo. Hæc tamen accipienda ſunt, ſi corpus diſtractum fuerit: nam ſi genus ſit venditũ, non præſtatur: veluti vinum, frumentum oleum, quanti plurimi, tantum æſti-

matione

mationem deberi iuris auctoribus placuit l. 3 §. ſi per venditorem, ff. de act. empt. in qua meritò Paulus lucri & negotiationis nullam haberi rationem voluit, l. ſi ſterilis. §. cùm per venditorem, ff. eo. quoniã æſtimationis cauſa cõſiderãda eſt, quę ab eo quod intereſt, differt, l. hæc verba, l. inter hæc verba, ff. de verb. ſignif. quod ſumma ratione factitatum exiſtimo, eadémque qua in quantitate pluris noſtra non intereſſe diximus, quàm vt vſurę præſtẽtur. ſic enim in hac ſpecie pluris emptoris intereſſe nõ potuit, vinũ aut ſimilia habuiſſe, quàm quia vel carius emit aut vilius hodie ſi detur, venditurus eſt. Ideóque quàm maximè fieri potuit arbitrium iudicis in his rebus taxãdis, quæ lege deffiniri potuer coarctandum eſſe putarunt, vt litibus viam præcluderent, & hominum malitijs nõ indulgerẽt, nec onerosius audiretur creditor, l. ſi

ſeruos, ff. de pignor. act. Aliud eſt ſi genus tanquam certa ſpecies, veluti vinum quod in cella eſt diſtrahatur: tunc enim pro certo corpore cõſiderandum légimus. l. ſicut, C. de act. empt. Nam & quantitatem veluti ſpeciem accipi frequenter adnotare poſſumus, l. planè, l. ſed ſi certos, ff. de leg. 1. Porrò rem nondum traditam noſtri dicunt ſi aut nullo modo pręſtetur. Item ſi aliquid ei deſijt, veluti ſi menſas citreas vendas, quæ non ſunt, l. ſterilis, §. quamuis ff. de act. empt. l. quid tamen, ff. de cõtrah. empt. aut ſi certę menſuræ vas diſtrahatur. vel certũ illud habere põdus affirmaueris, l. tenetur, §. ſi vas, ff. de act. empt. aut ſi agri dictus modus non inueniatur, l. 2. ff. eo. idemque ſi in qualitate fundi mentitus ſit venditor: veluti cum quinquaginta prati iugera & quinquaginta vineæ eſſe dixit, quamuis centum, ſed non

ita dentur, l. ſi in qualitate, l. ſi fundo, ff. eo. quo caſu non eſt omittendum pro loci bonitate æſtimationem fieri, cùm tamen ſi aliquid loco deſijt, pro numero iugerum eius quod intereſt ratio ex empto iudicio ſit habenda, l. ſi ſeruus, §. 1. ff. de act. empt. quãuis minorem fundi modum eſſe venditor ignorauerit, l. tenetur. ff. eo. ſed ſi demum per alluuionem ſuppleatur, refert ſciẽs aut ignorãs vendiderit, vt ex eo vtiliter cõueniri poſſit, l. Iulianus, §. ſi Titius fundũ, ff de act. empt. ſic tamen vt ſi duorum fundorum vẽditor de modo cuiuſque pronunciauerit, & alteri aliquid deſijt, in altero exuberet, lucrũ cũ damno cõpenſari æquum ſit: ſed & ſi quid emptori deficiat, pro modo aut qualitate ſuppleri. l. ſi duorum, ff. eo. Ex ſuperioribus quoque verum eſt, & ſi res nõdũ integra præſtetur, in id quod omnino intereſt venditorem teneri, l. te-

netur, §. ſi vas, ff. de act. empt. l. ſed addes, §. 1. ff. loca. Nam & verum eſt rem quę tota tradita nõ eſt, traditam non videri, l. 3. §. ſi deteriorem, ff. commod. Aliud eſt, ſi vitioſa res fuerit, veluti pecus morboſum, aut tignũ vitioſum, ex qua cauſa ſciens dolum tantùm prçſtaturus eſt, ignorans non tenetur, quia integra res data ſit: & hæc eſt ratio cur in fugitiuo quanti minoris empturus eſſet, iudicium detur, quia illum habere non liceat, l. Iulianus, ff. de act. empt. cætera ad rerum proprietatem non pertinent, quæ pro ſolido datę ſunt, l. ſi à ſubſtituto, §. 1. ff. de legá. 1. item aliud in cõmodato obſeruandum eſt: quia ſufficit ſi vel in minimo te rebus ſuis amicus adiuuerit, tibique imputes qui rẽ ab eo vitioſam poſtulaueris, l. in rebus, §. item qui ſciens, l. penult. [6] ff. commod. hinc quoque natum eſt, vt in ſeruitutib⁹ ſi nõ vti Optim

Maximus fundus vendatur, tandem qualis eſt præſtare poſſit venditor, licet ſeruitutem debeat, l. cùm venderes, ff. de cõtrah. empt. nec quenquã teneri in eo iure oportuit, quòd tacitè ſoleat accedere, l. penult. ff. de euict. ſeruitutes enim qualitates prædiorũ ſunt, l. quid aliud, ff. de verb. ſignif. nec rei cõmodum continent, l. Mçuius, §. in fundo, ff. de leg. 2. quod eſt multo magis ſi eas exceperit, ſi quæ debentur vel debebuntur, l. quæro, ff. de act. empt. l. qui libertatis, ff. de euict. Ergo eo ſolo nomine quo vti Optimus Maxim⁹ fundus eſt vẽditus quoties de ſeruitute agitur, victus tãtum debet præſtare, quanti minoris emiſſet emptor, ſi ſciſſet hanc ſeruitutem impoſitam, l. quoties, ff. de ædi. l. edil. quod neceſſario in ignorante accipiẽdum eſt, ne ſciẽs ob dolum in id omne quod intereſt tenea-

tur, l. 1. §. fin. ff. de act. empt. Sed obeſt quod venditor, qui vti Optimus Maximus diſtraxerit, nimium facilis ad temerariam aſſertionē fuit. quocirca eius quod intereſt pœnam debeat, l. Iulianus, §. 1. ff. de act. empt. dicēdum eſt aliud eſſe in his quę rem ipſam aufferūt, aliud in ſeruitutibus, quę ad rei proprietatem nō pertinēt: nec euictæ, faciunt quominus res ſolida apud emptorem eſſe videatur; & ideò tenetur quidem ob hæc verba vti Optimus Maximus, qui alioquin non teneretur vt ſuprà diximus, ſed ita tenetur vt ex minimo obligatus ſit, l. ſemper, ff. de reg. iur. vt & aliàs expreſſa nocent, non expreſſa nō nocent, l. nonnunquam, ff. de condi. &
7 demonſt. Supereſt igitur vt in ſeruitutib[9] vel ex dolo teneatur in id quod intereſt, ſe fallendi animo ſciens reticuit, aut inſidioſè diſſimulauit, l. ea quæ, ff. de contrah. empt. vel ex ven-

ditionis clauſula æſtimatoria, quanti minoris ignorás diſtringatur, l. quoties, ff. de ædil. edict. diuerſum eſt in tributarijs aut vectigalibus prædijs venditis, vt ſiue minorem captationē aſſeruit, l. ſi minor, C. de act. empt. vel etiam nihil commemoratum eſt, l. in venditione, ff. eo. teneatur ſciens quidem ex empto in id omne quod intereſt, l. tenetur, §. penult. & §, fin. ff. de acti. empt. ignorás quāti minoris obligetur, vt ratio improuiſi oneris habeatur, quo ius rei diminuitur: quoniam fructus ex quibus præſtandum eſt, portionis inſtar obtinent, l. cùm filius, §. dominus, ff. de leg. 2. Attamen ex empto ad id omne quod intereſt neſciens, quia fortè prędium hereditarium fuit non onerabitur, l. ſi ſterilis, §. 1. ff. de act. empt. Idem Neratius ait vēditorem in re tradenda debere præſtare emptori, vt in lite de poſſeſſione potior ſit: nec aliter rē

tradidiſſe cenſebitur. l. emptorem, §. idem Neratius, ff. de act. empt. quinimo vacuam non videri poſſeſſionem Paulus reſpondit, ſi alius in ea legatorum aut ventris nomine in poſſeſſione ſit, vel creditores bona poſſideant l. 2. §. vacua, ff. eo. Tertiò ſeruum venditum fugitiuum non eſſe; furtis noxijſque ſolutum tradere, ignorans quoque venditor cogitur: quoniam eum non aliter habere liceat, l. ex empto §. etiam ſi, ff. de act. empt. fructus quoque poſt perfectum iurè contractum emptoris ſpectare perſonam conuenit, ad quem functionum grauamen pertinet, l. fructus, C. de act. empt. quod eandem habet rationem quam in vſuris ex cõtrario dependẽdis attulimus, l. Iulianus, §. ſi fructibus, ff. eo. quocirca pretium emptor offerre debuit, vt rem & ex eo tempore fructus à venditore recipiat, l. Iu-

lianus, §. offerri, ff. de act. empt. Multo magis dolum malum abeſſe præſtaturus eſt, quamuis nihil dictum fuerit, l. ſi cùm fundum, §. 1. ff. de contrah. empt. quoniam hoc iudicio dolum æſtimari oportuit, l. tenetur, §. ſi dolo, l. Iulianus, §. ſi venditor, ff. de act. empt. Nam & omnibus bonę fidei iudiciis doli exceptionem ineſſe non dubitatur, l, huiuſmodi, §. qui ſeruum, ff. de lega. 1. l. ſed ideò, ff. ſolu. matr. Dolum autem malum interpretamur, ſi quis ſciens vel quippiam celauerit, l. Iulianus, §. idē Iulianus. ff. de act. empt. vel amplius circonueniendi emptoris cauſa dixerit, l. ſi ſeruum, ff. de act. empt. Ex quo antequam euincatur, agere non prohibemus, quia intereſt deceptum non eſſe, l. ſeruus quem, §. fin. ff. de act. empt. [8] Quintò, pluribus cautionibus venditorem onerari non ambigitur: prior eſt rem

habere licere, ne alioquin quáti plurimi periclitari emptor poſſet condemnetur, l. ex empto, §. fin. ff. eo. ſed & ſi cautum non fuerit, vel ad id quod intereſt, aut in duplú ex ſtipulatu, ſi interuenit, & euicta res eſt, iudicium dabitur, l. 1. ff. de euict. Animalium quoque venditor cauere debet ea ſana præſtari, l. ex empto §. animalium, ff. eo. quod ſi non fecerit, & vitium aut morbus latens detegatur, ædilitio ædicto locum fore liquidò conſtat, vt vel intra ſex menſes redhibeatur, vel quanti minoris intra annum agi poſſit, l. ſciendum, §. tempus, ff. de edil. edict. l. 2. C. eo. Itaque idẽ hac quidem ædilitia quod ciuili æſtimatoria contineri exiſtimo, prætérquam quòd tẽpore anguſtata eſt, & ex alia cauſa dari quàm ciuilis ſoleat, quæ proprietatis tantum diminutionem reſpicit, vt ex præcedentibus notum eſt, ex quibus actionis ex empto

& vendito natura patet. Hoc vnum ſequitur admonendum, quędam eſſe quę ita dęmum ſi dicta ſint à vēditore exiguntur: veluti viam, iter, actū pręſtitum iri, l. in vendendo, ff. de contrah. empt. quamuis enim vti Optimus Maximus fundus vēdatur, liberum quidem illum eſſe oportuit, non etiam vt ei ſeruitus debeatur, l. penul. ff. de euict. l. vti optimus ff. de verbi. ſignif. Poſtremò, ſi quid venditor diſtractę rei accedere dixerit, omnia quę in hac diximus, in illo quoque ſequenda eſſe iudicamus, l. emptorem, §. ſi quis, ff. de act. empt. Nam & plęraſque res propter acceſſiones emimus, l. ſi in emptione, ff. de contrah. empt. quam ob rem in his non ſolùm dolum, ſed & culpam præſtandam cum Vlpiano arbitror, l. Iulianus, §. in his, ff. eo. vnde ſi ſeruū cum peculio quòd decem ſit, vendidero, eatenus illud ſaltem exigi pote-

rit, l. ſi venditor, ff. de act. empt. & illud omne quod accedit, & ſanum & integrum pręſtari oportuit. veluti dolia nõ caſſata ſed integra debet dare, l. ſi quis, & l. ſequ. ff. eo. quod verum eſt, ſi certæ ſpecies certaque corpora deſignata fuerint, non etiam ſi ſub vniuerſitate contineantur, veluti ſerui cùm peculio, l. 1. l. Itaque, & l. proinde, ff. de ædil. edict. tunc enim vniuerſitatem & ius præſtari ſatis eſt l. qui filij familias, §. 1. ff. de hęred. vel act. vend. Idem quoque per contrarium ſi certa & indiuidua demonſtrata ſint, veluti dolia quæ defoſſa eſſent: quia tunc qualiacunque ſint emptorem ſequentur, nec meliora venditor præſtare cogitur, l. ſi ſeruus, §. ſi dolia, ff. de act empt. eius exemplo qui rem certam ex legato debuit, vt qualis eſt legatario ſoluens audiatur, l. heres ſeruum, ff. de euict. l. ſi legati ſerui, ff. de leg.

1. Nam & hic emptor videt & intelligit quę venditor præſtare decreuerit. Itaque ſe deceptum cauſari non potuit, l. cùm donationis. C. de tranſact. ſic tamen vt ſi certa corpora & pauciora ex pluribus venditor dare debeat, in eius quidem poteſtate ſit quę pręſtet, l. comprehenſum, ff. de contrah. empt. ſed hoc caſu integra tradere vrgendus eſt: quia cùm plura ſint quàm debeat, non poſſunt videri certa deſignata quę promiſſa ſint, & hic eſt verus intellectus, l. ſi ſeruus, §. fin. ff. de act. empt.

CAP. 6.

1. *Tutor rem pupilli non emit.*
2. *Pupillus filiam tutoris ducere poteſt.*
3. *Fideiuſſor à creditore pignus non emit.*

4. *Conciliata l. 1. C. de dol. cum l. Paulus, ff. mand.*
5. *Quæ res à minore emi poſſint.*
6. *Explicata l. magis puto, §. 1. ff. de reb. cor.*
7. *Magiſtratus quid poſſit in prouincia.*
8. *Supellex vnde dicatur.*
9. *Explicata l. quiſquis, C. ſi cert. peta.*
10. *Munerum & penſionum in magiſtratu ratio.*

TVTOR rem pupilli ſui emere non poteſt, l. ſi in emptione, §. fin. ff. de cõtrah. empt. ne idem & emptoris & venditoris officio contractus imaginarij prętextu ſingatur, l. pupillus, §. item. ff. de auth. tuto. Nam & de perfidia ipſius iuſtè queri poterit, qui in re pupilli graſſandi licentiam ſibi feciſſe videbitur, eius exemplo qui aduerſus. SC. pupillam vel adultam ſuam ſibi aut filio deſponderit, & huiuſmodi con-

iunctione fraudem adminiſtrationi factã tegere laborauerit, l. 1. l. ſi tutor, C. de interd. matrimo, l. ſed, ff. de ritu nupt. quod tamen cum [1] in filia tutoris non militet, non idem prohibebitur eam pupillo ſuo collocare l. libertum, ff. de ritu nup. l. curatorem, C. de interd. matrim. Tantundem in fideiuſſore dicitur, qui rem pignoris iure obligatam à creditore emerit, cùm in omni contractu bonã fidem pręſtare debeat, l. ſi mandato Titij, §, 1. ff. mand. quocirca extraneo emptori ſimilis habendus non eſt fideiuſſor qui emerit, ſed fructuũ & vſurarum rationem haberi oportet, l. Paulus, ff. de fideiuſſ. Nam & ſi iudicis officio aſſecutus fuerit, vt emptionis titulo prædium creditori pignoratum ſuſciperet, nihilominus alteri creditori offerendę pecuniæ facultas erit, cùm huiuſmodi venditio potiſſimum transferendi in fideiuſſorem

pignoris cauſa iuris neceſſitate fieri ſoleat, l. 2. ff. de diſt. pignor. Itaque conſultiùs illum facturum reſcribitur, ſi rem cum fructibus reſtituat, ne fidei ruptę gratia de dolo poſſit in eum actio exerceri, l. 1. C de dol. Idque omnes de iudicio mandati propter dolum interpretãtur, quod nec litterę nec imperatorum menti ſatis conuenit. quis enim vnquam actionem de dolo mandati iudicium appellare velit, cùm nec concurrere poſſint l. 2. C. de dol. nec idem vtriuſque effectus ſit: Ampliꝰ de vera doli formula reſcriptum illud accipiendum eſſe ex rubrica oſtenditur, cum enim ſub eo loco, in quo de ea diſputatur, ſit repoſitum, aliò tranſferendum non eſt, l. impetratores, ff. de in diem adiect. Oberit ergo grauiſſimè Pauli reſpõſum, quo fideiuſſorem ab hęrede debitoris mandati conuentum enarrat, l. ſi mandato, §.

Paulus

Paulus, ff. mand. cùm tamen ſi hæc ſubſit, altera cõpetitura noneſſet, l. 1. ff. de dol. niſi fortaſſe dixeris defuncto de dolo dari, hęredi apud Paulum mandati competere. Nec ſanè nouum eſt de dolo actionem ex perſona hæredum immutari, l. non debet cum ll. ſequ. ff. de dol. l. neque ff. eo. vt ſępius alibi defunctis arctius & durius iudicium concedi, hęredibus aut nullum vel leuius pręſtari legimus, l. fin. l. hi qui, C. de reuoc. dona. l. omni modo, C. de inof. quia vindictę fortaſſis potius quàm pecuniæ vindicationẽ habeat, vt iniuriarum, l. 3. §. ſi emancipatus, ff. de coll. bono. & hoc eſt quod Vlpianus ait frequẽter, pleniorem aduerſus heredẽ vel heredi competere obligationẽ, quàm defuncto competierat, l. ſi per imprudentiam 52. §. non mirũ, ff. de euict. ergo in hoc caſu cùm fidẽ ſibi ruptam debitor cõqueratur, po-

tius de dolo actio, quàm mandati dabitur: quia iure quodammodo excuſari fideiuſſor poterit, qui tanquàm alius quilibet rem à creditore emerit, quam debitori auocare non licet, l. 1 C. debito. pignor. vendit. & extra mandati cauſam hoc videatur. qua ratione conquerenti ex eo non detur actio, ſed de dolo ſuperſit, cùm in omni contractu bonam fidem alter alteri præſtare deberet, defuncti verò ſucceſſor nō de perfidia, ſed de indemnitate, vt rem ſuam ſeruet & perſequatur quod per leges liceat, conqueretur. Id autem actione de dolo, quæ odioſa & criminalis eſt, non poterit: nam nec in tanto reatu cum diſcrimine exiſtimationis alterius vagari cuilibet datur, l. Item, ff. de dol. ſed ad mandati iudicium recurret, à quo tota hæc cauſa initium accipit, quod ſpectandum eſt l. ſi pro-

curatorem, ff. mand. quamuis enim non propria ſit ex eo mandati actio, vt ſuprà diximus, tamen æquius viſum eſt, defuncto cui fides eſt reputa, de dolo dari, hæredi non dari: ſed vt ſaluum rei præſtandæ ius habeat, cauſam mandati perſcrutetur, qua non apertè quidem diſtractam rem petiturum hæredem exiſtimo, ſed queriturum illum aduerſus fideiuſſorem puto, cur pignora vendi paſſus eſt, nec creditori ſoluerit, cùm cauiſſet, ex quo mandati teneatur, l. ſi procuratorem, §. mandati actio, ff. mand. Itaque oblato debito rem ob id pignoratam ab eo repetiturus eſt: eatenus enim ſua intereſſe dicetur, creditori ſolutum non eſſe, quòd iſte pignora ſibi data vendiderit, quæ cùm habeat fideiuſſor, iniuſtè id retinet,

cuius nomine impetitur, l. rem alienam, ff. de pignor. act. Nam & ei omne ex mandato lucrum auferendum eſt, l. qui proprio, §. procurator vt in cęteris, ff. de procur. l. idémque. §. ſi mandauero, ff. mand. non obeſt quod cõditio obligationis ex perſona hęredum non immutetur, l. 2. §. ex his, ff. de verb. obl. nam verum eſt eam obligationem quę à defuncto in hæredem tranſit, cum eadẽ cauſa eadémque cõditione tranſmitti. at illud nõ impedit quominus alia ſit quæ teſtatori, altera quę ſucceſſoribus competat, vt infra latius explicui. Sũmę igitur fidei ratio, quàm à fideiuſſore exigimus efficit, vt eadem in tutore verſetur, qui nec [f] vſucapere rem pupilli ſui poteſt, niſi palam & bona fide emerit, l. cùm ipſe, C. de contrah. empt. l. non exiſtimo, ff. de admini. tuto. eandémque rerum pupillarium vẽ-

ditioni cõditionem adijcerit, quam extraneus quilibet emptor, l. tutor rerum, ff. de admini. tuto. aut contutorem auctorem habeat, vel maior factus ratum habuerit, l. pupillus, ff. de auct tuto. ſed & ſi pupilli res non fuerit, valet emptio, quamuis tutor eius eſſe exiſtimauerit, veritas enim rei geſtę, erroribus nõ vitiatur, l. illicitas, §. veritas, ff. de offi. præſid. Et verum eſt deterioré cauſam pupilli non eſſe, quod ſolùm quærimus, vt eſt apud Paulũ in l. 2. §. tutor ff. pro empt. nec aduerſus interdicta legum tutorem mercatũ dicemus, cùm res pupilli nõ fuerit, diſſimilis quoque ratio eſt, cùm eo quod ab Vlpiano dicitur, ſi pupillus alienum fundũ bona fide poſſideat, tutores hunc alienare nõ poſſe: quoniam ſi quaſi pupillaris alienatus ſit, venditio non valeat, l. magis, §. 1. ff. de reb. eorũ. Nam nec apud Paulum

valebit alienatio, non quidem rei vitio, & edicto illo quo res minorum diſtrahi prohibentur, quaſi pupilli fuerit, vel eius interſit habere, quæ ratio Vlpiani eſt. Sed ex perſona tutoris tantùm, qui rem pupilli emiſſet, vetatur à Paulo diſtractio. Nam hoc ex verbis orationis, qua res minorum alienari prohibentur, & eorum fauore inducimus, vt rem illorum eſſe dicamus, ſi ius aliquod in eam habeant: quod minutum fuerit, quo rarior ſit rerum minoris alienatio, & vitium quàm latiſſimè rebus hæreat, ne dánum aliquod minores ſubeant. Itaque cùm ius omne minui expreſſè vetitum ſit, apud Vlpianum rei bona fide poſſeſſæ tanquàm pupillaris facta diſtractio vetatur: quoniam adhuc verum eſt illud, ſaltem ei ius & vſucapiendi conditionem alienatione ſubtractá, l. 3. §. fin. & ll. ſeq.

ff. de reb. cor. apud nos verò, cùm rem pupilli tutor emere prohibetur, illam accipimus, cuius vendicandi ius habet l. ſolum, §. meum, ff. de rei vend. Nam & iſtud vocis nota continet, cui potiſſimum ſubſeruiendum eſſe non dubitatur, l. 1. §, ſi is qui, ff. de exercit. l. 3. §. hæc verba, ff. de negot. geſt. Idque vt odioſa. Inter ciues habendi commercij prohibitio quàm minima intelligatur, & lex benigniorem interpretationem habeat, l. Benignius, ff. de legib. cap. odia de regul. Iur. in 6. quocirca ex eo quòd res minoris non eſſet in §. tutor, valebat quidem emptio à tutore facta, quamuis à pupillo eius eſſe putans acceperit: ſed cùm à nō domino detur vſucapio, tutori neceſſaria fuit, cui etiam licere ſi administratio decreta non eſt, tan-

quàm extraneo rectè à pupillo emere placet, l. tutores, ff. de auctor. tuto. idẽque quod in tutoribus de rebus emendis diximus, porrigendũ eſt ad ſimilia. 1. ad curatores, procuratores, & qui negotia aliena gerũt, l. ſi in emptione, §. fin. ff. de cõtrah. empt. quinimo ex diui Seueri & Antonini conſtitutione, ad illos qui officij cauſa in prouincijs agunt vel militant, l. non licet, l. qui officij, ff. de contrah. empt. & hoc quidem ne ſtudio culturę militia ſua auocẽtur, l. milites, ff. de re milit. qua ratione omni negotiatione prorſus interdicti ſunt, l. 1. C. negot. ne milit. lib. 12. vel etiam ne armorum metu vicinos terreant, & hoc eſt quod Leo reſcribit, ne Vicinis graues, præſumptione cinguli militaris exiſtant, l. milites, C. de locat. ad illos qui prouincias regũt, vel in vrbe iudiciũ exercent, ne per impreſſionem illud

feciſſe videantur, l. ſi per impreſſionem, C. de his quæ vi metus cauſ. geſt. ſunt. vnde ſi contra fecerint, & rem amittunt, & in quadruplũ eodem nomine Seu. & Anto. conſtitutione plectuntur: quin etiam fiſco rei æſtimatio eſt inferenda, l. aufertur, § quod à prædone, ff. de iur. fiſc. Conſtantinus cum re venditorem adhuc pretium retinere conſtituit. Iuſtinianus conuentiones & contractus initos prorſus nullos eſſe reſcribit, [7] l. 1. C. de contract. iud. Eadem ex cauſa mandatis principum vetitum eſt his, qui in prouincia officium adminiſtrant, inde oriundã vel domicilium habentem vxorem ducere, l. ſi quis officium, ff. de rit. nupt. l. 3. §. videamus, ff. de dona. int. vir. quod à Grat. Valent. & Theodoſ. eadẽ ratione repetitũ eſt, ne terribiles nuptiæ viderentur, l. 1. C. ſi rect. prouinc. licet per contra-

rium filias ſuas collocare, & dotem conſtituere non prohibeantur, l. ſiquis, §. fin. ff. de rit. nupt. Nam in hoc caſu nulla vis prçſumi poterit. Iſtud etiam effecit, vt principalibus conſtitutionibus cautum Modeſtinus reſponderit, ne hi qui imperium habent, mutuam dent pecuniam, aut fœnus exerceant, l. principalibus, ff. ſi cert. petat l. eos, C. eo. tit. vel etiam fortaſſis ne ſumma affinitatum coniunctione corrumpi ſe paterentur, quod maxime iuris prudentibus curç fuiſſe nemo ambigit. cô enim pertinet vetus illud plebiſcitum, quo continebatur, né quis prçſidum munus donumve caperet niſi eſculentum & poculentum, quod intra dies proximos prodigatur, l. plebiſcito, ff. de off. prçſid. idque tandem Diuorum fratrum conſtitutione confirmatum eſt, & mo-

dus xeniorum additus, vt neque omnino abſtineant, quia illud eſt inhumanum, nec paſſim accipiant, quod eſt viliſſimum, nec omnia, quod auariſſimum diiudicatur, l. ſolent, §. fin. ff. de off. proconſ. & leg. Itaque vt doni capiendi occaſio in totum tolleretur, ſolebant Romani omnia ex vrbe neceſſaria magiſtratibus municipalibus errogare, vt Tullius contra Verrem auctor eſt. Atque ideò neminē qui cum poteſtate in prouinciam eſſet profectus tam amentem fore putauit, vt vel argentum, vel veſtem emeret, cùm ex publico leges darent, vnde etiam nomen ſuppelectilis acceptum ex Labeone Celſus reſpondit in l. Labeo, ff. de ſuppel. leg. Et idem eſt quod Liuius ait, magiſtratus multis tabernaculis, & alio inſtrumento omni ornari ſolitos, né quid

tale ſocijs imperarent, quod adhuc Alexãdri Seueri temporibus obſeruatum fuiſſe Capitolinus teſtatur. Eadẽ quoque vt arbitror cauſa fuit, cur intra eam prouinciam, in qua & ciuis prouincialis haberetur, adminiſtrationis officium Antonini Philoſophi conſtitutione, (cuius Xiphilinus meminit) gerere nemo poterat, ſi non illud imperatoris indulgentia pateretur, l. fin. C. de ſacrileg. quod etiam diutius obſeruatum fuiſſe Valent. & Grat. memorant in l. in conſiliarijs C. de aſſeſſor. Idémque Conſtantinus repetit in l. 3. C. de diuerſ. off. lib. 12. & ratio eſt iuſtiſſima, ne aſſiduis amicorum aut affinium præcibus, quibus ſe plurimum debere putauerint allecti, quippiam contra ius & leges mollirentur. quemadmodum & ſi ab ipſis prouincialibus mutuam pecuniã aut honoris prætium ambientes, ſi

vbi verſentur, acceperint. Nam & hi legum ex eo, & prouinciæ emptores appellãtur, l. quiſquis, C. de reb. cred. quoniam illud præſtiterint, vt perpetua magiſtratus gratia fruerẽtur, quia certum ſit iudices his muneribus & tantis officijs alligari, ac veluti creditorum clientes haberi, l. 3. C. de noua. quæ ratio eſt Papiniani, cur in conſilium curatoris reipub. aſſidere non prohibeatur qui publico ſalario frui non ſoleat, l. fin. ff. de off. aſſeſſ. quoniam eo nomine nullam reipub. gratiam referre debuit, nec aliqua eius in rempub. eſt obligatio. Non enim magis putauit Paulus iudicem corrumpi, ſi munus accipiat vt iudicet, quàm ſi eo nomine mutua pecunia vtenda data fuerit, l. 2. ff. de calumn. Quam ob rem legibus noſtris, & Chriſtianiſſimorũ principum ſanctionibus, vetitũ eſt Gallicis magi-

ſtratibùs annua præſtari aliqua, & penſiones ab alio quàm principis ærario ſibi accipere, né his, quibus ſunt ius dicturi, aſtricti videantur. Quod Peſcenij exemplo apud Spartianum effectum puto, qui magiſtratibus ſalarium addidit né vel neceſſitas ad turpia cogeret, vel à prouincialibus quippiam mendicantes, tandem vt ſuſpecti remouerentur. Ergo ſi rei familiaris anguſtia vrgeat, non prohibentur qui officium gerunt mutuam pecuniam etiam à prouincialibus accipere, l. præſidis, ff. ſi cert. peta, né alioquin neceſſarijs carere [4] cogantur: ſed ſi vt iudicent, vel non iudicent, vtenda pecunia data ſit, calumniç locus eſt, l. ſecunda ff. de calumni. vel etiam ſi ad dignitatem comparandam, aut vt in ea diutius verſentur, acceperint. Quibus caſi-

bus exilij pœna plectendos iudices, cum illis qui dederint, Honor. & Theod. reſcripſerunt, d. l. quiſquis, C. ſi cert. pet. quod ſummis rationibus & optimo inſtitutum exemplo fuiſſe ſuprà diximus, tum quia [16] honoris augmentum non ambitione & nummis, ſed labore ad vumquemque pro dignitate conuenit deuenire, l. contra publicam. C. de re mil. & Alexandrum Seuerum Lampridius dicere ſolitum ſcribit, inuitos non ambientes promouendos. Breui enim caſuram rempub. in qua pecunia data iudicia petantur M. Cicero docet in Philipicis, & Plinius in Panegir. Ac ideò Iuſtinianus iudices omnes iuſiurandum depromere iubet, ſe in ſortiendis honoribus neque dediſſe quippiam, aut in futurum daturos quid amplius quoque, exceptis ſolis ſala-

rijs: nihil penitus tám in adminiſtratione poſitos, quàm poſt depoſitum officium, pro aliquo præſtito beneficio tēpore adminiſtrationis, quam gratuito meruerunt, accepturos, l. fin. C. ad leg. Iul. repetund. quod maximè ſuperiori noſtrę diſputationi congruit, exploſo protinus veteri Carthaginenſium more apud quos & honores & magiſtratus nummis datis conceſſos fuiſſe Polybius meminit.

CAP. 7.

1. *Obligationē dandi & faciēdi quemadmodum commitantur.*
2. *Ex diuerſis rebus quæ debentur obligatio diuerſa eſt.*
3. *AEſtimatio quāti plurimi, fructu & vſura eodem modo non præſtanda.*
4. *Explicata, l. vbi. §. fin. ff. de verb. obliga.*
5. *Obligio faciendi quatenus habeat, id quod intereſt.*

6. Permu-

6. *Permutatio quod habeat ſingulare à cæteris dandi obligationibus.*

OBLIGATIONVM quędam in dando, reliquæ in faciendo cõſiſtunt, l. 2. ff. de verb. oblig. in quibus omnibus ſi detur aut fiat, neque ex ea re dãnun patiatur creditor, habet quod promiſſum eſt: ſin minus in faciendi quidem obligationibus in id quod intereſt condemnari debitorem omnes fatentur, l. ſi quis ab alio, §. 1. ff. de re iudica. quod ſanè verum eſt, non illud ita, quod putant creditori alterutrum petere licere, tãquàm vtrũque in obligatione ſit, & fieri, & id quod intereſt dari, vt nec illud, eiſſe fas debitori, altero quod volet dato, ab altero ſe liberare. Nã cùm pœnæ nomine id quod intereſt exigatur, l. fin. ff. de eo quod cert. loc. nullam pœnam meretur, qui nihil adhuc in

obligationem peccauerit : vt neque per contrarium inuito creditori aliud pro alio ſolui poterit, l. cum à quo, C. de ſolutio. Sin autem dãdi ſit obligatio, eam ita preciſam conſtituũt, vt in illa eius quod intereſt nulla haberi ratio ſoleat, l. vbi autẽ, §. fin. ff. de verbor. obliga. ſed quoquo modo res à debitore extorquẽda ſit, l. qui reſtituere, ff. de rei vẽd. quod ſanè vt legib9, ſic rationi ciuili aduerſatur, l. promiſſor 2. ff. de cõſtitu. pecun. l. ſi ſeruus, §. fin. l. ſi fũdũ ff. de verbor. obliga. patet amplius in permutatione in qua rem dare oportuit, ſi tamen non detur, ad id quod intereſt agimus, l. 1. ff. de rer. permu: l. rebus, C. eo. Sed & cùm certum ſit rem alienã in ſtipulationem deduci, atque vt detur etiã promiti poſſe, eo modo quo interpretibus hoc genus obligationis preciſè conſtitui placuit, erit ratio qua

necres dari poterit domino rem ſuá diſtrahere nolente, nec debitoris eludentis fruſtrationem & culpandam ceſſationem vindicare licebit, poſtquàm non aliud quàm ré prȩſtare debeat, in cuius poteſtate non ſit eam dare: aut etiam hic modus erit, quo debitori domino inuito res auferenda ſit, quam ipſe quidem promiſit, & ſeipſum aſtrinxit, ſed eam alienare non cogitauit, vt nec affecit, l. alienatum, ff. de verb. ſignif. quocirca legibus noſtris in alium poſt modùm tranſferre non prohibeatur, l. quoties, C. de rei vendic. l. qui tibi. C. de hered. vel actu vend. aut ſeruum manumittere, l. ſi ancillam. C. de act. empt. Addo quod ex ea infirmatur regula, qua ius noſtrum patitur rem eandem ex pluribus cauſis nobis deberi poſſe, l. 3. §. ex pluribus, ff. de acquir. poſſe. Nam ſi is

qui mihi ſemel debet, ita debeat vt
pręciſè mihi preſtanda res ſit, iam il-
lam habere videor, vt vel ex alterius
obligatione acquiri mihi non va-
leat, vel ſaltem alterutra futura inu-
tilis ſit promiſſio: quia quod meum
[2] erit, quodammodo deberi mihi nō
poſſit, l. nemo, ff. de verbor. obliga.
Quocirca puto quæſtionem hanc
totam ſic explicari poſſe: vt cùm de
re danda quę nobis non abfuit, quę-
ritur, ſi quidem obligationi ſatis
fiat, & ipſa præſtetur, ac quemad-
modum ſit dāda quæramus, ex mo-
ra in bonæ fidei aut arbitrarijs iudi-
cijs, in cæteris vel à lite conſtata, aut
ex ſtipulatu cū acceſſionibus exſol-
uatur .i. ſi nummus ſit cum vſuris
legitimis, l. fin. ff. de peric. & com-
mod. rei vend. præterquàm in eo qui
certo loco dare debuit: quem etiam
in id quod intereſt teneri ęquum vi-
ſum eſt, ne vtilitas creditori aufera-

tur, quę iudicis arbitrio relinquitur, l. 2. §. fin. ff. de eo quod cert. loc. ſin aliud quod in genere functionem recipiat, quanti plurimi æſtimatio detur l. 3. §. ſi per venditorem, l. ſi ſterilis, §. cùm per venditorem, ff. de act. empt. l. vinum, ff. de reb. cred. l. in hac, ff. de triticar. præterquàm ſi de additamentis in eodem genere præſtandis aliud conuenerit, l. frumenti, l. oleo. l. cùm non frumentum. C. de vſur. Quod ſi corpus aliud vel ſpecies in obligationē deducta ſit, fructuum iure rationem haberi non dubitatur in l. fructus, C. de act. empt. l. in fideicommiſſi, ff. de vſur. Sin verò illud perſequimur quod aliquando noſtrum fuit, quolibet iudicij genere experiamur, ex quo tēpore nobis abeſt, fructus reſtitui iuſtum erit: quoniā hoc reſtitutionis verbum exigit vt quod ex re mea natum eſt, mihi quoque

prẹſtetur, l. videamus, ff. de vſur. l. reſtituere, ff de verbor. ſignif. Idémque in æſtimatione quãti plurimi, ſi frumentum ſit aut ſimile indebitè ſolutũ, quod functionẽ recipiat, eadẽ ratione exiſtimẽ, quia tantũdem creditori ex reipſa abeſſe negari non poteſt, quæ ſine cauſa apud alterum aliquo tempore fuit, diuerſa eſt pecuniæ conſideratio: vt ante litem vſuræ, nõ prẹſtẽtur, l. 1. C. de cõdict. indeb. quia vſura pecuniæ non eſt, l. vſura, ff. de verb. ſignifi. nec à malæ fidei poſſeſſore extorquetur eius sũma quam non attigit, l. ſed & ſi, §. Papinianus, ff. de pet. hæred. At verò ſi debitoris procacia creditori ſatis non fiat, & dubitamus quid præſtare debitorem oportuit, in rem actiones & reſtitutorias, ab his perſonalibus, quibus ſimpliciter quod nobis debetur, petimus Pauli exẽplo ſeiungerẽ, & in prioribus, quib⁹

quod noſtrum eſt, vel nobis abeſt, reſtitui deſideramus: ita ſtrictè poſſeſſorẽ cogerẽ, vt manu militari res ab eo auferatur, vel ſi dolo poſſidere deſijt, in litẽ contra eũ iuretur, l. qui reſtituere, ff. de rei vendica: quoniã naturę aduerſatur, ſi quis rem noſtrã nobis inuitis retineat, l. fin. C. quãd. lic. ſine iud. ſe vindica. in poſteriori-bus arbitrariarũ actionum, bonæ fi-dei & ſtrictarum regulis obſeruatis pecuniam quidẽ, quia nulla eius af-fectio eſſe poterit, l. nummis, ff. de in lit. iur. & vſuras, item fungibilium rerum æſtimationem quãti plurimi creditorẽ habiturum cenſerẽ: ſpeciẽ autẽ & corpus aliud eadẽ occaſione à debitore extorqueri nõ poſſe putẽ. quia res noſtra ſine volũtate & arbi-trio noſtro nobis abeſſe nõ potuit, l. id quod noſtrũ, ff. de reg. Iur. ſed mo-rã & fruſtrationẽ in id quod intereſt vindicari exiſtimem, l. ſi fũdũ ff.

de verbor. oblig. quod rei verum prætium & continet & excedit aliquádo l. 1. ff. de act. empt. vt ex ſuperioribus latiùs patet. Nec obeſt his l. vbi autem, §. fin. ff. de verb. oblig. vbi qui dare debuit rẽ, illũ omnino eã facere accipientis oportuit. alio enim hæc verba referenda ſunt, quàm vt ad diſputationem noſtram pertineant: eóque ſpectant, vt cùm res quę debetur à debitore ſoluitur, non aliter data cenſeatur, quàm ſi omni & quoquo modo accipientis facta fuerit. Itaque ſi alienam aut pignori datam pręſtiterit, non liberetur: quia dare nõ ſolùm dominium transferre ſignificat, §. ſic itaque de act. ſed & ita rem præſtare vt auocari non poſſit, l. ſi rem. ff. de ſolu. ſic enim emptor nummos quos dare debuit, dediſſe non videtur, ſi alienos dederit, l. ſi ſeruos, C. de act. empt. l. 1. C. ſi ſeru. exter. ſe mand.

& in permutatione res aliena data non diſſoluit obligationem, l. 1. ff. de rer. permut. ergo qui dare promiſit omnimodo dare debuit: nec ſi rē præſtiterit quæ auferri poſſit, dediſſe videbitur. Ideóque ex eadē obligationis cauſa conueniri poteſt, l. etiam. ff. de ſolu. aliter atque ſi [6] fieri oportuit, quo in genere, quolibet modo feciſſe ſatis eſt, vt obligationis contractæ nexu debitor liberetur & ideò eius quod intereſt ſola ſupereſt, petitio, l. 2. §. idem Iulianus, ff. de eo quod cert. loc. Itaque venditor, qui rem alienam tradidit, ante euictionem non conuenitur, l. qui rem, C. de euict. preterquàm ſi dolus eius arguatur, l. ſi ſeruus, §. ſi ſciens, ff. de act. empt. & qui inſulam facere debuit, ſi quā libet vel non ſatis probè fecerit liberatur, niſi per auerſionē opus fieri ſeobligauerit, l. opus, ff. lo-

ca Item qui ad exhibendum tenetur licet rem deteriorem exhibeat, non eodem iudicio directo, ſed vtili in factum actione conueniri poterit, l. exhibitionis, C. ad exhibend. & iſtud quidem, non vt fiat quod antea ex obligatione debuit, ſed ad id quod intereſt referendum erit, l Iulianus, §. fin. l. penult. ff. ad exhibēd. & hoc eſt quod alibi dicitur, eum qui rem commodatam deteriorem reſtituit, ſatisfeciſſe non videri, niſi illud quod intereſt præſtiterit, l. 3 §. ſi reddita, ff. commod. eodem quoque modo depoſiti agi poſſe reſpōſum eſt, ſi deterior res depoſita fuerit reſtituta, l. 1. §. ſi res ff. depoſ. Atque hoc eſt in quo faciēdi & dādi obligationes inter ſe differre iudico. Porrò his quæ diximus, in dādi obligationib⁹, qui rē accipiētis non fecerit eodē nexus genere conueniri poſſe, aduerſatur quod de permu-

tatione reſponsũ eſt in ea dari oportere: tamẽ ſi nõ detur, alio modo nõ agi quàm ad id quod intereſt. Sed hoc eã habet cauſam, quoniã ex eo placiti genere nõ alia quàm preſcriptis verbis ad implendũ contractũ naſci potuit actio, quę cũ ad id quod intereſt cõpetat, illud ſolùm petitorẽ cõſequi neceſſe eſt: quia eo modo quo licuit egerit, l. 4. §. 1. ff. de pręſcrip. verb. nos de his conuentionũ figuris diſputamus, ex quibus certæ sũt obligationes, & iudicia certa dãtur: vt hęc ſi omnino datum non ſit quod debetur, repetere liceat, quaſi nondũ adhuc reus ſeſe debiti nexu liberauerit, l. Męuius, §. in fundo, ff. de legat. 2.

CAP. 8.

1. *Quando tempus obligationis in re æſtimanda conſideretur.*
2. *Aliud in condictione triticaria quàm in rei petitione verti.*
3. *Arbitrariæ & bonæ fidei actiones à*

ſtrictis in re eſtimanda differunt.

4 *Actiones bonæ fidei quo modo fiant arbitrariæ, & quid proſit.*

5. *Nullam eſſe æſtimationem quãti plurimi in ſtrictis actionibus.*

SEQVITVR diſputemus, ex quo tempore rerũ ęſtimatio pręſtanda, ſit, ſi dari, debuit: quod vel in his quæ pondere, numero & menſura conſtant obſeruari diximus, aut in cęteris: vel quia res non pręſtetur, aut poſt debitoris moram non extet, quę dari poſſit, l. ſi ſeruum, §. fin. ff. de verbor. quod etiam M. Cicero in actio. cõtra Verrem luculenter explicat Et in hac quidem quæſtione quàm variè ſe noſtri torſerint, ex verboſiſſimis ipſorum commentarijs deprehẽdere licet. Illos enim huc tranſcribere nec decreui, nec dignũ cenſui. Turpe cũ poëta difficiles habere nugas exiſtimans. Sed ſi quis eorum hac de

re iudiciũ deſiderauerit, perquirat apud Bart. & ſequaces omnes in l. vinũ, ff. de reb. cred. & in l. fin. ff. de condict. triticar. Ego totam hanc cauſam ſic[1] breuiter expediã, vt plurimum intereſſe iudicẽ, an extra ius vel de re & obligatione æſtimanda, aut eius eſtimatione quęſtio inter contrahentes fuerit: an verò vt res ęſtimetur condictione triticaria, aut ad rem ipſam cuius tamen æſtimationem pręſtari interſit, ex his caſibus quos iam diximus, actum fuerit. Et in priore cenſeo, ſi vel ęſtimatio in obligationem deducta ſit, aut de re æſtimanda, contrahentes diſputent, illud tempus conſiderari, quo dies obligationis venerit, quoque res peti potuit: vt reſponſum eſt in l. quoties in diem, ff. de verbor. obliga. l. cùm quis, ff. de act. & oblig. l. fundũ, ff. de nouat. in poſteriore ſi vt res ęſtimetur [2] condi-

ctione triticaria litigemus, cõdemnationis tempus ſpectandum eſſe iudico, cuius rei ratio in aperto & facilis eſt: cùm enim de rei æſtimatione quæratur, dici non poteſt hãc deberi, cùm non fuerit in obligatione antequàm illam dari a iudice pronuncietur. meritò ergo eius temporis conſideratio ſumma eſt, quod ex Marcello Vlpianus explicat ἐν πλατεῖ vt ſcilicet ſi vel res non extet, quæ poſſit ęſtimari, aut facta deterior fuerit, horum omnium ſit habenda ratio: veluti ſi mora interceſſerit, ad tempus moræ reducenda erit ęſtimatio, l. in hac, ff. de condict. triticar. quę ita expreſſiſſimè loquitur. Nam & conſtat in delictis id tempus ſpectandum eſſe, quo res vnquàm plurimi fuit, l. in re, ff. de condict, furt. l. penult. ff. rer. amot. [3] Sin verò res ipſa petatur, cuius tamen ęſtimationem

præſtari actoris interſit, vel quia pluris fuerit, aut minoris hodie ſit, aut etiam quia dolo malo non reſtituatur. ſimplices actiones bonæ fidei, ab arbitrarijs, & ſtrictis ſeparo. In prioribus ex quo tempore re pluris fuerit, vel à mora, vel ex re iudicata æſtimationem præſtandam exiſtimo, l. 3. §. ſi per venditorem, ff. de act. empt. ibi enim ideo tempus quo res venit conſiderandum eſt: quoniam ex eo morá in emptione fieri poſſe ex re ipſa non dubitatur, ſi alter ſtatim ex parte ſua contractum impleuerit, l. Iulianus, §. ex vendito, ff. de act. empt. quod & in mandato obſeruari poteſt, l. ſi hominem, ff. madat. ergo quęcunque mora ſit in bonę fidei iudicijs contracta, hæc efficiet vt ex ea ab arbitro qui ex bona fide datus eſt, æſtimationis ratio haberi debeat. l. mora. §. in bonę fidei, ff.

de vſur. in arbitrarijs rei iudicandę tempus cōſidero, de quibus expreſſè ait l. 3. §. in hac, ff. commoda. vbi ex iureiurando in litem rei iudicandę tempus quanti res ſit obſeruari dicitur. ex hoc iureiurando delato, bonę fidei actioné, arbitrariam fieri ob rei contumaciá non ambigitur, l. 1. l. in actionibus, ff. de in lit. iuran. l. arbitrio, ff. de dol. & in omnibus bonę fidei actionibus obſeruari Vlpianus fatetur. in d. §. in hac vt in infinitum, intra modú tamen à iudice conſtitutum iurari poſſit, l. videamus, §. 1. ff. de in lit. iur. licet ex ſimplicium bonę fidei actionum natura, Iudici illud quod in veritate interſit, excedere non liqueat, l. penult. §. 1. ff. ne quis eum qui in ius vocat, eſt, vi exim. l. vni. C. de ſent. quę pro eo quod int. profer. Cur autem in his quę arbitrarię ſunt témpus condemnationis ſpectemus,

manifeſtum eſt: quoniã habet reus licentiam vſque ad ſentẽtiam ab arbitro datam reſtitutionem rei facere, vt omnem litis æſtimationem euitet, l. ſi cum exceptione, §. ſatis, §. cùm autem, ff. de eo quod met. cauſ. Itaque mirum non eſt, ſi eius tẽporis ęſtimatio conſideretur, quo rem amplius pręſtare nõ potuit, l. ſi calendis, ff. de rę iud. Qua eadem ratione in ſtrictis actionibus litis cõteſtatę tempus conſideratur, l. ſi hominem, ff. man. quoniam ex ea ſic moram contrahi certum eſt, vt aliquatenus deinùm purgari non poſſit, [f] l. ſi inſulam, ff. de verb. oblig. quinimo horum iudiciorũ formula non patitur, vt res alio modo ſoluatur, quàm quo petita eſt. Quocirca neceſſario eo prętio dari debuit, quo accepti iudicij tempore fuiſſe conſtiterit, l. vinum, ff. de reb. cred. l. fin. ff. de condict. tritic. l. 3. §. in

hac, ff. commoda. nec etiam poſte-
rioris temporis vſque ad rem iudi-
catam rationem haberi putem, poſt
quàm tot locis litis tantùm cõteſta-
tæ Iuriſcõſulti diſertè meminerint.
quòd planè ſtrictorum iudiciorum
naturę conuenit, in quibus non po-
teſt videri in iudicium deductum
quod poſt illud acceptum accidit, l.
non poteſt, ff. de iudic. nec obeſt
quod dicitur poſt litem cauſam prę-
ſtari debere, l. 2. ff. de vſur. quo-
niam quale quidque eſt cùm peti-
tur, tale dari debuit. Ideóque,
fructus & acceſſiones omnes præ-
ſtari æquum eſt, quas cum re ipſa
habiturũ reũ eſt vero ſimile, l. videa-
mus, §. reſtituere, ff. de vſur. nos de
ipſius ęſtimatione maiori querim⁹,
quę creſcere non poteſt propter iu-
dicij formulam, qua iuſſus eſt iu-
dex rem qualis & quanta petita
eſt, pręſtari iubere, quod expreſſè

notatur in §. actionum de act. apud Iuſtinia. & latè Duarenus expedit in l. in actionibus, ff. de in lit. Iur. cùm tamen in iudicijs bonę fidei omnium rerum iudici officium incumbat, vt tanta eius ſit auctoritas, quanta in ſtipulationibus cõceptionis expreſſę l. quia tantumdem, ff. de neg. geſt. Ideóque quanti plurimi à mora ad ſententiam vſque res fuerit, tanti æſtimari illam oportuit: quia tantundem actoris intereſt, l. ſicut, C. de act. empt. & vẽd.

Cap. 9.

1. *Quid in contractibus præſtãdum ſit.*
2. *Quot ſint genera culparum.*
3. *Diligentia à negligentia, quo modo ſeparetur.*
4. *Quid ſit præſtare talem diligentiam qualem rebus ſuis.*
5. *Dolus, culpa, & periculum quomodò comparentur.*

6. *Quid in ſingulis contractibus veniat,*
7. *Explicatus § cum autem de empt. & vendit.*

RATIO præcedẽtis diſputationis exigit, vt de cæteris quæ in obligationes deducũtur agamus, veluti de dolo & culpa, quæ à contrahentibus præſtari ſolent: de quibus breuiter perquirẽdũ eſt. Delinquunt ergo homines, inquit Marcellus, propoſito impetu, aut caſu, l. reſpiciendum, §. fin. ff. de pęn. quæ tria varijs quoque modis vindicari ſolent, l. abſentem, §. fin. eo. Nec in his lata culpa dolus eſt, ſed pro facto cenſebitur, l. in lege, ff. ad leg. Cornel. de ſicar. Item res creditæ, contractus & negotia geſta, tria potiſſimum iure recipiũt, quæ varijs debitorũ contrahendorũ modis accõmodari poſſunt, dolum culpam, & periculum, l. contractus,

ff. de reg. Iur. dolus machinatio eſt ad decipiendum alterum adhibita, quam fraudem continere, & inſidijs probari certum eſt, l. iuriſgentium, §. ſed ſi fraudandi, ff. de pact. l. dolum, C. de dol. Culpam Caius deſidiam & negligentiam eſſe deſcribit in l. ſocius ſocio, ff. pro ſoc. quæ vt varijs modis cõtrahitur, & alia altera maior eſt, ſic tãquàm per gradus, diuerſas ſortita eſt à noſtris appellationes. quidam enim tria conſtituũt genera, cæteri quinque, ego quatuor, in pandectis commemoratas adnotaui. Prima latior[a] eſt, quam dolum eſſe contra Proculum Celſus verũ putat, l. quod Nerua, ff. depoſ. Secunda eſt lata, quam vel diſſolutam, vel magnam, aut manifeſtam, vel craſſam & ſupinam negligentiã vocitant, l. ſi fideiuſſor, 1. ff. mand. l. magna, ff. de verb. ſignif. l. 2. C. arbitr. tutel. l. nec ſupina, ff. de iur. &

fact. ignor. vnde illud eſſe latæ culpę dicitur, ſi quis ignoret quod omnes intelligunt, l. latę, ff. de verb. ſignif. & hęc dolo eſt proxima, quem repręſentat, l. 1. §. non autem, ff. ſi quis teſtam. lib. eſſe iuſſ. fuer. l. is qui, §. dolum, ff. vt in poſſe. lega. éique comparatur in l. 1. ff. ſi menſ. falſ. mod. dixer. l. quęſitum, §. culpam, ff. de prędar. Tertia leuis dicitur, quia minus ad dolum accedit, ſed propriè negligentiam & deſidiã non ſatis ſagacis & prudentis hominis ſapit. l. ſocius ſpecio, ff. pro ſoc. §. fin. de ſocie. l. qui. C. de ſuſp. tut. & ea ratione imperitia culpę aſcribitur, l, imperitia, ff. de reg. iur. vt ſi medicus malè vená ſecuerit, l. illicitas, §. ſi cui, ff. de off. pręſ. vel mulionis imperitia mulus perierit, l. cùm in plures, §. ſeruum, ff. loca. aut ſi fullo quid ſarciendum conduxerit, l. ſi quis domm. §.

Celſus, ff. eo.[3] Quarta eſt leuiſſima, l. in lege Aquilia, ff. ad leg. Aquil. quá etiam diligentiam & exactum officium iuris prçceptores nominant, l. in re mandata, C. mand. l. ſi cùm fundum, ff. de contract. empt. & illud continet quod cùm à diligenti prçuideri potuit, non eſt prçuiſum, l. ſi putator, ff. ad leg. Aquil. alibi culpam abeſſe fertur, ſi omnia facta ſunt, quç diligentiſſimus quiſque obſeruaturus fuiſſet, l. ſi merces, § penul. ff. loca. quod ſanè ſi non fiat, ex frequentiori hominũ more leuiſſimũ çſtimabitur, quod non à vulgo conſiderari ſoleat, nec aliud cũ noſtris dicendũ eſt, quod à diligẽti aliud quod à diligentiſſimo prçſtari oportuit. Nã illa inter ſe cõfundi ſatis oſtẽditur, l. hæredes, §. nõ tantùm, ff. famil. herciſc. l. in rebus, ff. commod. l. & generaliter, ff. de pignor. act. Inde quoque

pater culpæ nomen grauius inditũ, prout dolo & crimini proximior illa fuerit. Periculum eſt quod fortuito caſu accidit, cùm præuideri nõ poſſet, l. quæ fortuitis, C. de pignòr. act. & fatale damnum appellatur, l. cum duobus, §. damna, ff. pro ſoc. de quo ſi quis obligetur, omnem cauſam præſtaturum hunc dicimus, l. quæſitum, §. 4 ex hoc, ff. de procura. Supereſt breuiter percurramus in quibus cauſarum figuris hæc verſentur. Et quidem obligationes omnes vel ex negotio geſto, aux ex maleficio naſci certum eſt, l. 1. ff. de act. & oblig. in priore, cuius vtilitatem id contineat, & an vtriuſque Vlpianus obſeruandum maximè cenſuit, l. ſi vt certo §. nunc videndum, ff. commod. quod latiùs explicandum eſt. regulam enim ibidẽ conſtitutam ſi crudè acceperis, precarium leuiſſimam habebit culpam,

negotium verò geſtum, & mandatũ quoniam domini tantùm gratia fiãt ſolum dolum continerent. Sed & Iuſtinianus in §. fin. quib: mod. re contrah. obligatio, ab illa recedit theoría. Nam cùm dixiſſet pignus vtriuſque gratia fieri, exactam & tantam diligentiam deberi cenſuit, vt caſus ſolũmodo excludatur: nec etiam illa regula ſatis explicatur, l. contractus ff. de reg. iur. per hęc verba, Et in his quidam & diligentiam. Ergo vt hoc expediam⁹ generaliter cõſtituendum eſt, nullam eſſe obligationem, nullamque conuentionem, quæ vel natura ſua aut per doli clauſulam abeſſe dolum malum non exigat, l. bonam fidem. C. de act. & obliga. vt nec cõueniri poſſit nè dolus præſtetur, l. ſi vnus, §. Illud, ff. de pact. idémque de lata culpa, quæ huic cõiungitur noſtri putant, l. 1. ff. ſi menſ. falſ. mod. dix. propter

quam in litẽ quoque iurari, l. is qui C. de in lit. Iur. Et infamiam irrogari putarem, cùm iuris ignorantiam per quam infames fiunt, hæc contineat, l. Iuris, ff. de iur. & fact. ignor. l. liberorum, §. notantur, ff. de his qui not. inf. quamuis interpretes aliter doceãt in l. in actionibus, ff. de in lit. Iur. & §. ſuſpectus de ſuſpect. tutor. in delictis tamen cum ipſis iudicarem, quia dolus qui ex conſilio naſcitur, crimen contrahat, l. qui iniuriæ, ff. de furt. Lata verò culpa licet diſſoluta ſit negligentia, tamen ſi nocendi mentem non habeat, huic non rectè comparabitur, l. ſi non conuicij. C. de iniur. l. in lege, ff. ad leg. Cornel. [2] de ſicar. Porrò quædam ſunt conuentiones, in quibus dolus tantùm, aut hæc lata culpa præſtanda eſt, vt depoſitum: quia qui negligenti amico rẽ cuſtodiendam tradit, non ei ſed ſuę

facilitati id imputare debet, præterquàm ſi aliud conuenerit, aut ex iuſtis cauſis diuerſum ius obſeruetur, l. 1. §. ſi conueniat, §. ſępè, ff. depoſ. Et hæc eſt ratio, cur ſi quid vni legetur, vt cominus alteri reſtituat, de dolo tantùm teneatur, quia depoſitarij loco eſt, l. ſi ſeruus legatus, §. cùm quid, ff. de lega. 1. idem in donatione, veluti ſi res alienas aut vitioſas quis donauerit, in quas ſumptus magnos donatarius fecit, dę dolo tantùm repromittere & conuenire poterit, ne fraudis conſilio liberalitas reuocetur, l. ad res, ff. de ædil. edict. l. Ariſto. §. fin. ff. de dona. Nec quicquã aliud eſt pręſtaturus, ne donationis ſuę damnum ſentire cogatur, l. ſunt qui, ff. de re iud. Tertiò, pręcariũ dolũ malũ & huic proximã culpã tãtùm cõtinet. Licet enim in eo ſola rogantis gratia verſetur, ſibi tamẽ imputare debuit,

qui ab eo cùm poſſet non reuocauerit: vnde hoc totum ex liberalitate eius pendere dicitur, l. quæſitum, §. eum quoque, ff. de precar. præterquàm ſi mora in reſtituẽdo iam cõtracta ſit. Nec eadem militat in rebus commodatis ratio, in quibus talis diligentia præſtanda eſt, qualem quiſque diligentiſſimus ſuis rebus adhibet l. in rebus, ff. comm. §. item is quib. mod. re contrah. obliga. quoniã intempeſtiuè vſum rei commodatæ auferre non liceat, l. in commodato, §. ſicut, ff. cõmod. [6] multo magis idem eſt in negotio geſto, cui alius fortaſſis diligentior pater familias accedere potuiſſet, qui tamen geſtoris contemplatione prętermiſerit, l. ſi pupilli, §. videamus, ff. de negot. geſt. §. 1. de oblig. quæ ex quaſi contract. naſc. apud Iuſtini. l. ſi mater, C. de vſur. Paul. in lib. receptar. ſenten. & hoc eſt

quod Iuſtinianus ait, non ſufficere ſi talem geſtor negotiorum diligētiam qualem ſuis rebus præſtiterit, ſi modò aliùs diligentior eo commodius negotia eſſet adminiſtraturus, § .1. de oblig. quæ ex quaſ. contract. vt ex eo conſideremus an alius diligentior quippiam præſtare amplius potuerit, vt eius ratio habeatur. A procuratore quoque omnem culpam exigimus, l. à procuratore, C. manda. eo quod aliena negotia exacto officio gerere debeat, l. in re mandata, C. mand. quia ſe induſtriũ & diligentem mandatum ſuſcipiẽdo profiteri videatur. Diſſimilis eſt cauſa tutelę, quę maximam quidem deſiderat fidem, ſed ob neceſſitatem iniuncti muneris, ſufficit ſi ad communem hominum vſum tutor diligentem ſe prębeat, l. quicquid, C. arbit. tut. in rebus dotalibus, quæ naturaliter mulieris eſſe dicuntur, l.

in rebus, C. de iur. dot. eam culpam à marito exigimus quam ſuis rebus exhibet, l. etiam §. 1. ff. ſolu. matrim. l. in rebus, ff. de iur dot. quod marito conceſſum eſt, quia & ipſe rei dotalis dominus appellatur, l. doce, C. de rei vẽd. & alibi legũ ſubtilitate dominus eſſe dicitur, l. in rebus, C. de iur. dot. itaque in ſeruorũ tantum dotaliũ cauſa conſtitutũ eſt, vt culpa quę in alienis coercetur, in proprijs quoque damnanda ſit l. ſi cõſtante, §. ſi maritus, ff. ſolut. matr. quoniam nimia in eos ſęuitia vindicari ſoleat,[7] §. fin. de his qui ſunt ſui vel alien. iur. Ergo vt ad rem redeã, merito aliquid remittitur occaſione iuris, quod in rebus dotalibus ei cõpetit: ſicut in ſocietate dicimus ſatis eſſe, ſi tantùm à ſocio exigamus, quantum in ſuis rebus præſtare cóſueuit, l. Socius Socio, ff. pro ſoc. §. ſocius de ſoc. apud Iuſtinian: tùm

quia propter partem ſuã cauſam habuit gerendi, tùm quia qui parum prudentem ſociũ admiſit, de ſe queri debuit, ſic tamen vt frequentem & vulgarem hominum vſum ab eo deſideremus, quamuis non diligentis quidem patrisfamilias frugalitatem exigamus, l. hęredes, §. non tátùm, ff. famil. herciſ. Nam & inter prudẽtes & veſanos, vulgares quoſdam eſſe medios, qui ad frequentiorem hominum morem cum temperamento accedere ſoleant, non dubitãt qui rerum humanarum experientia pollent,[8] l. ſi quid venditor, ff. de ædil. edict. in his autem qui de dolo tãtùm tenentur, ſufficit ſi qualem qualem in ſuis, minorẽ in alienis non obſeruent diligentiam, vt fraude careãt, l. quod Nerua, ff. depoſ. quamuis non ad eum modum apud ſe diligentes ſint, quem vulgaris hominũ natura deſiderat: quia

dolum ſolummodo ab his excludimus: vt in depoſito, donatione, & precario dixi. Ex ſuperioribus igitur concludimus propter ius quod in re nobis competit, aliquid indulgeri. Quocirca in emptione vēditor qui adhuc rem diſtractam apud ſe retinet, exactiorem diligentiam quàm in ſuis rebus adhibere tenetur, l. cuſtodiam, ff. de peric. &, commod. rei vendi. l. quod ſæpe, §. ſi res ff. de cōtrah. empt. quia rem venditam apud ſe habeat l. ſi ancillam, C. de act. empt. Nec obeſt §. cum autem verſ. quod ſi fugerit de empt. & vend. apud Iuſtinia. vbi ſi fugerit, aut furto ſubſtractus fuerit homo vēditus, ita demùm de periculo tenetur venditor, ſi cuſtodiam in ſe receperit. At verò locus ille nō de diligentia ſed de periculo & caſu accipiendus eſt, ad quem & fuga ſerui qui non antè fugerit, & rei furtum

pertinere fatentur, l. 3. C. de ædil. act. l. cùm duobus §. damna iunct. gl. ff. pro ſoc. vt is ſit Iuſtiniani ſenſus, eum qui ex natura contractus de cuſtodia, & ita de diligentia tenetur, ſi ad eam ſe expreſſè obligauerit, in ſe rei periculum ſuſcepiſſe videri, ne alioquin inutilis ſit pacti adiectio; quæ vi obligationis inerat, l. ſi quando, ff. de leg. 1. cùm nec aliud poſt diligentiam quàm caſus euẽtum præſtare poſſit: Nam & ſi intermedium quippiam eſſet, illud ſolum ex hac pactione debitum iri Vlpia. reſpondet in l. 1. §. ſæpe, ff. depoſ. Item creditor in pignore tantumdẽ pręſtat, quantũ diligens quiſque poſſet, l. ſi cum vẽderet, §. fin. cum l. ſequ. ff. de pignor. act. Idque quoniam ei imputandum eſt, cur rem alienam detinens, ſecurior fieri maluit, quàm fidem & debitoris repromiſſionem

ſequen, §. fin. quib. mod. re cõtrah. oblig. Conductor etiam in re locata dolum & cuſtodiam veretur, l. in iudicio, C. loca. quam alius diligentiſſimus fuiſſet obſeruaturus, l. ſi merces §. penult. ff. eo. quod potiſſimum ſi mercedem pro cuſtodia acceperit, nõ ambigitur, l. qui mercedem, ff. loca. ſed & ſi ſimpliciter locauerit, hæc iudicij poteſtate debentur, l. nauta §. 1. ff. naut. caup. ſtabul. l. cùm plures, § qui ſeruum, ff. loca. Hæres denique qui ex teſtamento rem legatarij factam retinere maluit, quàm reſtituere, omnem diligentiam preſtabit, l. cum heredes, §. culpa, ff. de leg. 1 Cæterùm periculi & fortuiti caſus ſortem nemo eſt qui præſtare cogatur, niſi ſe aſtrinxerit, l. contractus, ff. de Reg. Iur. vt in commodato, & dote ſi res eſtimata detur, l. ſi vt certo, §. nunc videndum, ff. commod. l. quotiens

C. de Iur. dot. quamuis hæc inter ſe differant: quia in hac electio viri eſt fundum an æſtimationem ſoluat, l. plærumque, ff. de Iur. dot. in illo rẽ ipſam reſtitui eodem tamen prętio oportuit. l. 3. §. 1. ff. commod. Supereſt perquiramus, quatenus heredes ex defũcti cõtractibus teneãtur; & quidẽ ad rei debitæ prętationẽ eos vrgeri non dubitatur, cùm in perſonã obligationes ad eos quoque trãſferri ſoleãt, l. 1. §. ſi hæres, ff. ad Treb. quinimo ſi dolus inſit, ex conuentionibus eos in ſolidum detineri receptũ eſt, l. ex contractibus, l. ex depoſiti ff. de act. & obl. quoniã cùm cum ab omnibus contractibus dolus abeſſe & debeat, l. bonam fidẽ, C. de obl. & act. quaſi ex ſubſtantia conuentionis ob illum ſucceſſôres aſtringi neceſſario fatendum eſt. Sed an idem in culpa leui, quam deſidiam & negligentiam diximus

at verò non eandem puto rationem eſſe cum illam in cõuentionibus nó puniri, nec ex illis pręſtari pleiũque ſoleat, vt in depoſito, & pręcario patet quocirca nõ ita contractuũ obligationibus & ſucceſſionibus culpá adnectere, ſed è re nata, conuẽtioniſque natura, totum hoc diiudicandũ cenſerem.

CAP. 10

1. *Conciliatio l. non ſolum §. ſed interdum ff. de procur. cum l. nam poſtea iuſiurandum, ff. de iureiur.*

2. *Quatenus cuique per lib. perſon. acquiratur.*

3. *Quæ actio detur ex iureiur. & quatenus.*

4. *Iuſiurandum vnius quomodo proſit alteri.*

VIDENTVR inter ſe diſſidere Pomponius & Iulianus in eo quod quęritur, an procuratoris aut deffenſſoris iuſiurandum

domino actionem pariat: quorum ſententias refert Vlpianus in l. non ſolum, §. ſed interdum, ff. de procura. & in l. nam poſtea, §. iuſiurandum, ff. de iureiur. in illa quidem ex Pomponio putant ſi procurator iurauerit abſenti dari oportere, agere ſuo nomine iurantem hoc iudicio: quia hæc actio domino competere non potuit. Alibi in eadem ſpecie reſpōdet exceptionem & actionem domino parari, & hanc Iuliani ſententiam rationem habere putat.
[1] Quæ vt inter ſe pugnantia Accurſius conciliet, apud Pomponium directā non dari actionē arbitratur, vtilem Iulianum cōceſſiſſe iudicat, quod ab omnib⁹ quos legerim ſatis leuiter aprobatur. Nō enim hæc directæ aut vtilis actionis diſtinctio verbis congruere videtur: quocirca nec admittenda eſt, l. de prętio, ff. de public. in rem act. Præterea

ſumma ratione iuriſiurandi actionẽ aut exceptionem domino dari non poſſe conſtat, ſi procurator iurauerit, exẽplo pacti exceptionis, quorũ vtrumque perſonam non egreditur. nec alteri acquiri ſoleat, l. ſi vnus, §. ante omnia, ff. de pact. §. alteri de inuit. ſtipul. apud Iuſtinia. nec valet argumentatio, qua vtuntur illi, vt ſi ex dolo hęredes teneantur ex leui culpa illos obligari æquius ſit, quoniam dolum & malitiam potius quàm deſidiã & negligentiã vindicari tutius fuit: nec alioquin accidat vt alterius inſidię alteri fraudi vertãtur quod potiſſimũ humanæ ſocietati aduerſari. quilibet fatebitur. Ex quo patet Pomponium non carere ratione. Itaque vt difficilem hanc antinomiam diſſoluamus, breuiter duo repetenda ſunt. Primum, quatenus obligatio per liberam perſonam nobis acquiratur: alterum, quę

& quotuplex ex iureiurando actio detur: ex quibus dilucida erit Iuliani [2] & Pomponij conciliatio. Quod ad primum attinet, regula iuris eſt, per liberam perſonam nobis obligationem acquiri non poſſe: quia ciuiliter acquiratur, l. ea quæ, ff. de acquir. rer. domini. ſi non ex mandato noſtro illud fecerit: quo caſu vtilem parare dicitur, l. Iulianus, §. ſi procurator, ff. de act. empt. ad exemplum inſtitoriæ, l. in eum, ff. de inſtitor. & quidem ſi noſtro nomine contraxerit, difficile non eſt vtile iudicium dari, ſicut etiam in dominũ actio non denegatur, l. ſi cùm venditor, §. fin. ff. de euict. ſin autem proprio, non aliter niſi mandatis actionibus acturi ſumus l. fin. C. quand. fiſc. vel priuat. l. cùm per eos, C. ſi quis alter vel ſibi. Item per nunciũ nobis obligationem acquiri, ſicut per nos met ipſos nõ ambigitur:

quia miniſterium tãtummodò hoc caſu præſtare videtur, l. qui autem, §. fin. & l. ſequ. ff. de conſtit. pecun. Plures quoque ſunt caſus, quibus hæc iuris definitio aliter atque cæteri fecerint interpręțanda eſt, quos alio loco latè oprtunius perſequemur. Supereſt ſecundum, in quo noſtri hallucinati mihi viſi ſunt, dum quærunt, quæ actio ex iureiurando naſcatur: Et putant communi calculo plurimum intereſſe, an ſit formiter .i. certa adiecta cauſa, veluti emptionis, ſocietatis, mutui: an informiter .i. ſine cauſa, (illorum verbis vti liceat, iuratum) & priore caſu non agi in factum putant, ſed ex illa cauſa iudicium moueri exiſtimant, l. ſi duo, §. ſi quis, & §. ſequen. ff. de Iurei. altero in factum actionem dari fatentur, l. actori, C. de reb. cred. l. ſed & ſi, ff. de Iureiur. Quæ diſtin-

ctio nunquàm ſatis mihi fecit. Primò quia legibus non probetur. Secundo quod nunquàm ſine cauſa certa iurari poſſe exiſtimem, quod latius videas in libro ſingulari, quem de iureiurando conſcripſi. Itaque ſoleo ego dicere, plurimùm intereſſe an extra iudicium iuratum ſit, an iudiciale fuerit iuſiurandum: vt priore caſu nulla ſit ex iureiurando actio, ſed vel exceptio detur, ſi reus iurauerit tranſactionis exemplo, l. ſiue apud, C. de tranſact. cui etiam hoc iuſiurandum comparatur, l. quod ſi deſferente, ff. de dol. l, admonendi, ff. de iureiur. vel ex cauſa, de qua iuratum eſt ad ſoluendum reus cogatur, ſi actor iurauerit, vt Paul. lib. 4. recept. ſenten. ait. Altero verò caſu, ſi in iudicio iuratum eſt, vel ex cõuentione, vel quia iudici placuerit, cùm ad ſimilitudinẽ iudicati ex

iureiurando iudicium naſcatur, l. actori, C. de Iureiur. in quo non prohibetur is cui adiudicatū eſt veteri cauſa vti, & eo iudicio experiri, l. 1. C. etiam ob Chirograph. pecun. quoniàm alia cauſa eſt voluntariæ nouationis, & iudicij accepti, l. aliā, ff. de noua. vt ſi in rem iudicatum ſit, eam vendicare poſſit, l. 1. ff. de rei vend. l. 3. ff. de publicia. in rem act. vnde ex re iudicata duplex datur actio vetus ſilicet in perſonā, aut vēdicatio, & in factum perſonalis ex ſententia, quia in iudicio quaſi contractum ſit, l. 3. §. Idem ſcribit, ff. de pecul. vtraque etiam actione ei qui iurauerit experiri licere. In factum enim actione poſſe illū vti non ambigitur, l. actori, C. de reb. cred. quia & iudicis ſententia poſt iuſiurandum interuenire ſoleat, l. iuſiurandum & ad pecunias, §. fin. ff. de iureiur. veteri item licere probatur:

quinimo plerumque neceſſe eſt iſtã dari, quæ multa contineat, neque in factũ actione ſatis ſit, vt in l. ſi duo, §. ſiquis, & §. ſequen. ff. de iureiur. in actionibus in rem poſt iuſiurandum non quidem vindicare conceditur, quia iuſiurandum non facit dominum, præterquàm ſi longo tẽpore præſcribatur, l. ſi duo. §. Iulianus, ff. eo. aliter atque ſententia, l. ſi iurauero, ff. de iur. patron. l. in eo, ff. de rit. nupt. Sed publiciana in iureiurando vti poſſis, aduerſus eum tantùm contra quem iuratum eſt, vt eius ratione qui iurauit ſit loco domini, l. eum qui, §. ſi petenti, ff. de publicia. Ergo ex deffenſoris aut procuratoris iureiurando dominus exceptione vtetur, & actionem habet d. §. Iuſiurandum: quod nondum poteſt de iuriſiurãdi exceptione, de qua in l. ſed & ſi, ff. de iureiur. vel actione accipi: quia hæ non alij

quàm ei qui iurauerit: quemadmodum & contra eum qui detulit tantùm dantur. Sed doli exceptio prodeſt exẽplo procuratoris paciſcentis, l. reſcriptum, §. fin. ff. de pact. & actio ex cauſa, de qua iuratum eſt, ſi in perſonam ſit, aut publiciana, ſi in rem perinde ac ſi probatum eſſet, l. ſed etſi, §. ſi. cum de hæreditate, l. eum qui, ff. de iureiur. quemadmodum & vtilis exceptio vel actio ex cæteris procuratorum negotiationibus competit, l. quod procurator, ff. de procura. eóque modo Iuliani ſententiam rationem habere puto, apud Pomponium ex ipſo iureiurando actionem non dari iudico. quod ſatis apertè Vlpianus exprimit, dùm hanc actionem non poſſe domino competere reſpondet d. l. non ſolum, §. ſed interdum, ff. de procura.[f] Sicut enim exceptio ei ſoli prodeſt qui iurauerit, ita & actio,

cùm hæc perſonalia ſint, & inter alios acta aliis nec proſint nec noceant, l. ſed etſi, §. 1. ff. de iureiur. Ceterùm dicet aliquis, patri, item correo, fideiuſſori, & domino iuſiurandum prodeſſe conſueuit. cur ergo per procuratorem quæri non poterit? At verò ratio in aperto eſt: quoniam ex his quidam iure ciuili nobis acquirunt. Item aliorum intereſt obligationem diſſolui. Sed adhuc inſtabit obligationes varias ſaltem vtiles per procuratorem conſtitui. Porrò in his hoc verum eſt, quæ factum aliquod naturale continent, vt in mutuo, emptione & ſimilibus. Hæc nudam habẽt verborum aſſertionem, & iuris ſolam cauſam continere conſtat. Itaque per procuratorem acquiri non poterit, l. 1. C. per quas perſon. nob. acquir.

NOBILISSIMO
ET ILLVSTRISSIMO
LEONI LESCOT D. DE
Clagni Abb. de Clarmonte in ſupremo Pariſienſi ſenatu ornatiſſimo ſenatori & Chriſtianiſſimi Regis Elemoſinario P. Beloius. S.

COGOR tibi pro rebus verba dare (ſenator nobiliſſime) & cũ ita mihi tecum multa diuturnæ conſuetudinis & officij cauſa ſint, vt nunquàm non modo rependenda, ſed nè cogitãda quidẽ gratia tuũ beneficiũ referã, id ſolũ habeo quo grati animi laudem in me non requiras, quin omnia in te ſtudia quæ præſtare potero à me velim expectes, quem ſola literarum & virtutis beneuolẽtia (cuius es ſtudioſiſſimus) non ſo-

lum per quàm amãter hoſpitio diutius exceperis, ſed & res meas, honorem, otium, & dignitatem ſic auxeris, vt nullam vnquàm tuorum meritorum partẽ aſſequar, ac id à me tantum poſſis exigere, vt perpetua tui aut colendi, aut ornandi voluntas adſit: Et cùm mihi non fortuna, ſed literarum honeſta conſuetudine id euenerit, earum quoque fructum aliquem tibi voueam, quibus hoc amplius addas velim, vt & iudicij (ſi res patitur) at gratiæ ſaltem cauſa libris meis faueas, & teſtimonio tuo ſubleues, meque omnem laborem, omnem operam, curam, ac ſtudium in te amando conſumpturum ſperes. Vale. Lutetiæ ex ædibus tuis viij. Nõ. Iunij CIↃ. IↃ. LXXXIII.

EIVS CVI DICATVS HIC LIBER eſt ad Authorem Carmen.

Bellajus puerum & iuuenem me carmine primus,
Et voce Parnaſſum trahit,
Inde Helicôna petẽs, auertor ſæpe, Palati
Negotiorum ſemita:
Cũ mihi Belleius nuper, qui voce iocoſis
En prohibet, hinc me ad ſeria
Cõcitat, & ſcriptis animũ ciet acrius: ergo
Amice Bellai vale:
Sic tua Bellej me nunc magis afficiunt, vt
Ætate congruunt magis.
Te fruor, ipſe mea ſic vtere ſorte viciſſim,
Foco & perenni fruere.
Et tu, pone iocos & cætera Ludicra, lector.
Quiſquis ades, hunc qui lectitas.

SPECTATISSIMO ET ORNATISSIMO BERNARDO ROcheo Pariſiẽſis ſenatus ſenatori, & in Tholoſano ſenatu primario à libellis præſidi, ac ſacratiſſimi Cõſiſtorij Regij Conciliario meritiſſimo P. Beloius S.

FIRMIOR ſanè & certior ille amor eſt (mi Rochee præſes chariſs.) qui ex animi & virtutis potius quàm fortunæ bonis, aut vt puto ſanguinis neceſſitudine profluit: itaque cùm à pubertate ſtudiorum ſimilitudo & progreſſus nos coniunxerit, dein publicarum prælectionum profeſſio confirmauerit,

poſthac fori & aduocationis conſortium retinuerit, demum ordinis atque magiſtratus collegium in Seneſarchia Tholoſana arctius vinxerit, fieri non poteſt quin te mirum in modum diligam & obſeruem cuius etiã affectionis cauſas iuſtiſſimas exprimo, nè quis eô me tantum moueri putet, quòd nuper, virtute quidem ac commendatione, & fa to tuo accidit, vt quàm fortunatiſſimè non ſolum in Pariſienſem ſenatorium ordinem ſis prouectus, & in Tholoſano ſenatu libellorum ſingularium quæſtionibus præpoſitus, ſed & amplius inter Chriſtianiſſimi Regis ſanctioris & intimi conceſſus conſiliarios allectus fueris. Quamuis nõ diſitear tàm nobile de te natũ principe apud omnes iudiciũ, illam quoque quã de dotibus tuis, & animi cãdore ſemper habui opinionẽ firmaſſe; ac me tibi amplius addixiſſe quod vt publico teſtimonio probarẽ nullũ mihi grauius inſtrumentũ ſupereſt, quàm ſi vnũ ex meis variorũ iuris ciuilis libris tibi offeram: in hoc autem opere

ſi tuo iudicio, vel induſtriæ, vel curæ teſtimonio aliquo me non indignum præbui, multorum animum non requiro, tibi vni quem laudo, & publicæ vtilitati, cui adeſſe volo ſatisfeciſſe mihi ſatis eſt. Vale & me ſemper ama.

PETRI BELOII IVRISCONSVLTI, ET IN SENESARCHIA THOLOſana Regij Conſiliarij Variorum iuris Ciuilis

LIBER TERTIVS
CAPVT PRIMVM.

1. *Stipulatio generis à ſtipulatione ſpeciei quomodo differat.*
2. *Explicata, l. cum Stichus ff. de ſolut.*
3. *Et conciliata cum l. in ſtipulationibus ff. de verbor. oblig.*
4. *Qui genus debet quid poſſit ſoluere.*
5. *Enodata ratio l. Mæuius §. duorum, de leg. 2.*
6. *Conciliata l. ſi quis duos ff. de ſolut, cũ dicto §. duorũ*
7. *Quomodo accipienda ſit l. qui bis idem ff. de verb. oblig.*
8. *Procurator an accepto ferat, ſaltem ſi in rem ſuam fuerit.*
9. *Explicata l. 3. ff. de accept.*

IN ſtipulationibus inquit Iulianus, aliàs ſpecies, aliàs genera deducuntur, illarum

autem ſtipulatio diuidua eſt, & ideo qui Stichum debet, partem ſoluendo in reliquam tantum partem tenetur, l. ſtipulatus ſum mihi. §. 1 ff. de ſolu. At qui debet hominem, partem Stichi dando nihilominus hominem debere non deſinit, l. 2. § & harum l. in executione §. pro parte, ff. de verb. oblig. Quod tamen ſic eſt accipiendum, vt rerum ſingularum partem, intellectu magis quàm corpore dignoſcamus, l. ſeruus communis, ff. de ſtipul. ſeru. ſed & in generibus, diuiſionem inter plures numero fieri certum eſt, l. in ſtipulationibus l. ſi cẽtum ff. de verb. oblig. cùm ex eo nulla poſſit creditorum eſſe captio, quoniam vtrique æquè bonum debetur, l. cum quid ff. ſi cert. petat. obeſt Vlpiani caput in l. cum Stichus ff. de ſolut. vbi cùm Stichus & Pamphilus communi ſeruo ſint promiſſi, Vlpianus ait

non alteri Stichum, alteri Pamphilum; ſed dimidias ſingulorum partes præſtandas eſſe, idemque futurũ reſpondit, ſi quis duos Stichos, aut duos Pamphilos, vel decem homides dare promiſerit. Accurſius noſter vt hæc componat, apud Vlpianum homines certos non ſatis fæliciter interpretatur, perpetuò enim hominis appellatio in iure ambigua eſſe dicitur, vt ſingulos homines cõplectatur, l. Mæuius §. duorum ff. de leg. 2. Duarenus in l. ſtipulationibus ff. de verb. oblig. iſtud diſſidium cautè diſſimulat, veroſimile eſt quod ex Florentina lectione putant cęteri, in l. cum Stichus in verſic. idemque eſt ſi quis ff. de ſolut. addendam eſſe negationem, & ex iterata illa quæ legitur in primo reſponſo, hic alteram transferandam, quod ſi feceris, Iuliano congruit Vlpianus.

Sequitur de generis obligatione

quæſtio altera, qua quæritur, an ſi hominem in genere mihi debeas, Stichũ qui meus erit ſtipulationis tẽpore ſoluendo, liberari poſſis, & quidẽ certũ eſt, neminem rem ſuam vtiliter ſtipulari, l. nemo ff. de verb. obl. nec ſi Ceius eſſe deſinat, propter regulã Catonianam, quæ in contractibus quoque locum habet, §.1. de inuit. ſtipul. per contrarium ſi rem alienam ſtipuler, quę demũ mea eſſe incipiat, euaneſcit ſtipulatio, propter alteram definitionem, qua conſtituitur, rem conſumi ſi ad eum caſum inciderit à quo incipere non potuit, l. exiſtimo, §.1. ff. de verb. oblig. §. item contra de inutil. ſtipul. hæc ſi rem certam ſtipulatus fuero. Quod ſi genus in obligationẽ deducatur veluti homo, vinum, nummi, frumentum, oleum, & ſimilia, vnum etiam ex his quæ tũc debitoris fuerant dando promiſſor liberatur, quia cum in hoc genere nullũ

omnino ſit in petitione, ſed ex ſola præſtatione conſtet quid debeatur, l. cum incertus ff. de leg. 1. obligationis ipſius vi ſufficit, ſi id quod eius non erat creditori præſtetur, l. qui decem. §. Stichum ff. de ſolut. Multo magis qui duos homines debet, ſi Stichum ſoluerit, eundem denuo nactus, iterum præſtare non vetatur, cum & ab initio creditor ex eadem cauſa alienum acceperit, l. ſi quis duos, ff. de ſolut. Aliud eſt ſi duorum teſtamentis vni generatim homo debeatur, nam ſi ex vno Stichus ſoluatur, ex altero demum idem præſtari non poteſt: Ratio eſt, quia cùm per ſolutionem ex priore legato factam, Stichus legatario quæſitus fuerit, ex altera lucratiua cauſa eundem ſolui non patimur: Nec ſimilis eſt obſeruatio (inquit Papinianus) partis fundi legatæ, quæ eadem ex alio teſtamēto præſtari poterit, quoniam cùm

pars fundi prius exſoluta, dignoſci aut certô deſignari non poſſit, ſed iuris tantùm intellectu notetur, nemo dixerit illud, vel illud priore teſtamento quæſitum: At vero ex hominis legato, ſi Stichus exſoluatur, iam quid ſit demonſtratur, quod ex priori cauſa paratum fuerit, atque illud eſt quod Papinianus ait, hominis legatum ſpecies ſuas certas & ſingulas cõplecti, quibus contineatur, quæque aliquando declarari poterunt: pars vero fundi ſolo iuris intellectu, & animo comprehenditur vt nec dicerni, nec digito monſtrari valeat, l. Mæuius. §. duorum ff. de leg. 2. ergo in homine duorum teſtamẽtis legato, ſi ex altero Stichus ſoluatur, idẽ ex alio præſtari non poterit, ne duæ lucratiuæ cauſæ concurrant, §. ſi res aliena de leg. lib. 2. inſtit. eademque ratio ſtipulationis eſt inquit Papinian. quæ verba maximè congruer

regulis iuriſprudẽtię conſtat, vt ſi hominem ſim ſtipulatus à duobus ſeparatim, Sticho ab vno exſoluto, idem ab altero denuò præſtari non poſſit, quoniam generaliter à Iuliano definitum eſt, omnes debitores qui ſpeciem ex cauſa lucratiua debẽt liberari, cùm ea ſpecies ex cauſa lucratiua ad creditores perueniſſet, l. omnes, l. ſi is qui Stichum, ff. de act. & oblig. At vero certum eſt etiam homine generaliter in ſtipulatum deducto, Sticho præſtito, perinde eſſe ac ſi ſolus ipſe ijſſet in creditum, l. cum incertus, ff. de leg. 1. huic autem definitioni non obeſt, l. ſi quis duos ff. de ſolut. vbi ſi is qui duos homines debet, Stichum primo ſoluerit, iterum eiuſdem dominũ conſecutus pręſtando ſe liberabit, videtur itaque res eadem ex duabus ſtipulationibus ſolui poſſe. Sed reſpondeo, longe diuerſam eſſe apud vtrumque hypotheſim. Papinianus

duas lucratiuas cauſas conſtituit, ex quarum vna re quæſita, impeditur ne quæratur ex altera, apud Marcellum vna cauſa eſt, licet duę ſint ſtipulationes l. ſcire ff. de verb. oblig. vt ſæpius agatur, l. quia dicitur l. cum plures, ff. de euict. vel vt per inutilem vtilis nō vitietur, l. 1. §. ſi quis ita, ff. de verb. obl. mirum non eſt igitur ſi Stichum ſemel ſolutum, iterum pręſtare liceat, cùm nihil aduerſetur, quinimo & ſi ab initio debitoris res demum ſoluta fuiſſet, in obligatione generis quominus præſtaretur nihil eſſe impedimento ſupra diximus, nec nouum eſt vnam eſſe cauſam nexus, vnde plures naſcantur obligationes, quod in duobus reis debendi cōſtat liquidò, quorum vna & par cauſa eſt, l. 3. §. fin. l. eandem §. ſed ſi quis ff. de duob. reis. nihilhominus in cuiuſque perſona propria ſingulorum conſiſtit obligatio, l. 9. §. fin. ff. eod. minus obeſt qu

vulgo dicitur, eum qui bis idem promittit amplius quàm ſemel non teneri, quocirca videbatur rem eandem amplius quàm ſemel exſolui non potuiſſe, l. qui bis idē, ff. de verb. oblig. l. planè, §. ſi eadem, ff. de leg. 1. non enim ex eo negatur quin duæ ſint ſtipulationes, ſed duas exactiones fieri, quocirca vtraque ſtipulatio valet, ſed res non poteſt præſtari niſi ſemel, cum illam creditor habeat, quod ſi non habuerit, & duplex ſit obligatio, nihil vetat quominus rem eandem quam denuò nactus ſit, vt & quamlibet alteram præſtare poſſit, l. ſi quis duos, ff. de ſolut. congruit ergo iuris regulis quod Papinianus ait eādem eſſe ſtipulationis rationem in l. Mæuius §. duorum ff. de leg 2 vt & illud quod eſt apud Iulium Paulum in, l. 3. ff de acceptil. dùm voluit per procuratorem nec liberari, nec liberare quemquam acceptilatione

ſine mandato poſſe, nõ quidem quòd ſi procuratori mandatum ſit vt accepto ferat, hoc poſſit, id enim expreſſiſſime negatur, in l. & per iuſiurandum in §. tutor. ff. eod. In quibus locis componendis Accurſius procuratorem quidem accepto ferre non poſſe fatetur, ſi non ſpeciale mandatum habeat, quomodo Pauli reſponſum interpretatur. Sed dico cùm nouatione in perſonam procuratoris facta id fieri demùm non ſit alienum, l. & per iuſiurandũ, §. tutor. ff. de accept. id etiam Paulum conſideraſſe, videbitur vt non poſſit procurator per acceptilationẽ liberare debitorem, ſine mandato (actionum intelligas) ipſius creditoris, qua ratione ceſſio quędam & ipſarũ quodammodo nouatio fieri dicitur, l. 3. C. de noua. l. 1. C. de act. & obl. l. ſi Sticho, ff. de pecul. quocirca procurator in rem ſuam factus,

cùm domino in pecuniam quoque ſuſcipiendam præferatur, l. procuratore, ff. de procur. l. ſicut §. ſi procurator, ff. quib. mod. pig. vel hypoth. ſolu. verius eſt eum accepto ferre, totamque obligationem poſſe diſſoluere, quæ mandatis actionibus eius facta fuerit, l. ſi pater, C. mand.

CAP. 2.

1. *Tutela & cura in quib. comparantur & differant.*
2. *An inuitus curator adultis detur.*
3. *Duo curatorum genera.*
4. *Explicata l. curatori C. de neg. geſt.*

CVRATORES adulto dati in multis tutoribus comparantur, vterque propter ætatis lubricum ordinatur, §. 1. de cura. vterque ſatiſdat. l. 1. C. de tut. & cura.

qui ſatiſnon ded. vtriuſque bona per legem minoribus ſubſignata eſſe dicuntur, l. pro officio. C. de admi. & peric. tut. neuter ante finitum officium actus ſui rationem reddit, l. niſi finita, ff. de tutel. & rat. diſtra. l. rationes C. de admin. tuto. In pluribus quoque tutela & cura differunt, illa legis decem viralis actio eſt, l. verbis, ff. de verb. ſignif. hæc D. M. Conſtitutione vt ait Capitolinus iniuncta, communi tandem omnium vſu recepta, & exemplo tutelæ comprobata eſt, l. ſi minorem C. de in integr. reſt. minor. illa pubertate finitur, l. Sciæ, ff. de tut. & cura dat. ab his. Hæc incipit, & ad xxv. annum vſque durat, l. 1. ff. de minor. illa perſona, l. cum plures, ff. de admi. tuto. hæc bonis iniungitur, l. ſciēdum, ff. de rit. nup. illa teſtamento, aut lege deffertur, l. 1. ff. de teſt. tut.

hæc à ſolo iudice confirmatur §. 1. de cura. apud Iuſtinia. Illa vniuerſitatis eſt, l. certarum ff. de teſtam. tutel. Hęc cauſæ vel rei dari poterit, l. non tantum ff. de tuto. & cura. dat. ab his, illa alteram non patitur, itaque tutorem habenti tutor vix dari poteſt, l. 1. in quib. cauſ. tut. hab. tut. dare poſſ. hæc vero non impedit, nec ad eam, iuris regulam pertinere Modeſtinus interpretatur, in l. ventri §. 1. ff. de tut. & curat. dat. ab his, multa denique alia ſunt quibus differant, item plura quibus conueniant, quæ ſigillatim perſequi laboris potius quàm induſtriæ foret. De eo dubitari [2] poterit, nùm adultis inuitus quoque curator tutoris exemplo detur, §. 1. de tutel. apud Iuſtinia. quod Accurſ. Bart. & omnes quot quot legerim arbitrantur, quibus tamen aſſentiri non poſſum, & maximus

legum

intærpres vſus, contrarium verius eſſe ſatis indicat, nec ſanè id exiſtimo iuris noſtri præceptores alia ex cauſa diſſimulaſſe, quàm quia verum nōdum crederent, nullus enim locus extat in quo, licet ex profeſſo de curatoribus diſputent, id aſſeuerare voluerint, ac Vlpianus de ſola tutela, ciuile minus eſſe ſcribit, in l. athletæ ff. de excuſ. tuto. vt ad eam ciues vrgeantur, §.1. de excuſa. tuto. quinimo ea actione teneri curatores reſpondent, qua ſolent hi qui vltro, & ſponte alienis ſeſe negotijs immiſcent, vt tanquàm negotiorum geſtores vrgeantur, l. ſi tutor. §. fin. ff. de tutel. & rat. diſtrah. l. quicquid C. arbitr. tutel. ex quo illos vltro & volētes admiſſos conijcimus. Item hæc iungi ſolent, tutor inuito & inuitus cōſtituitur, nō erit igitur alienum dicere volenti, & volentem curatorē adulto dari, l. qui habebat,

§. fin. ff. de tutel. cum eadem ratio militet, l. à Titio ff. de furt. Tertiò ad quid aliud quæſo pertinet quod ſupra diximus curatorem bonis adulti potius quàm perſonæ conſtitui, vnde nec in eius perſonam ius vel minimum permittatur, l. puberes ff. de verb. oblig. ſed in res eius tantum poteſtas verſetur, l. 3. C. de in integr. reſt. minor. cùm tamen inuitum neminem bonis curatorem dari receptum ſit, l. 3. §. 1. ff. de cura. bon. dand. non obeſt quod dicitur curatorem datum ad ſatiſdationem vrgeri, §. 1. de ſatiſd. tut. apud Iuſtinia. Nam hoc verum & certum quidem eſt, vt curator qui ſibi delatum munus acceperit, eius occaſione cauere teneatur, qui & ſatiſdare debeat, quoniam omnes rerum alienarum adminiſtratores ad hanc cautionem vrgeri neceſſariò, & admodum vtiliter fuerit conſtitu-

tũ, l. de creationibus C. de epiſcop. audien. l. fin. C. de cura. furioſ. Secundo non obeſt à noſtris argumétatio deſumpta, ex §. fin. de excuſa. tut. apud Iuſtinia. vbi qui tutor alicuius fuit, inuitus ei curator non iniungitur, quaſi vero ſi tutor non fuiſſet, ad id minus vrgendus videretur, quod dicendum non eſt, quia nec perpetuò conſequens illatum recipitur, l. conuenticulam C. de Epiſcopal. audient. Sed & in hac ſpecie, maior quodammodo videbatur ratio, qua qui tutor pupilli fuiſſet, ad eiuſdem curá adigeretur, idque minorum gratia, & fiſci exemplo conſtitutum fuerit, vt ſemel aſtrictus adhuc perpetuo cogeretur, ſi non alius qui exquiſitum munus ſubire paratus ſit, exhiberetur, l. cotem §. fin. ff. de public. & vectig. Amplius quod probo nõ impedit rubrica de excu-

ſa. tuto. & curat. concepta, quaſi ex quibuſdam tantum legitimis[4] cauſis, ſeſe excuſare curatoribus liceat, nam horum duplicem eſſe cauſam non dubitatur, prima eorum qui dãtur puberibus, quos ſupra deſcripſimus, de quibus etiam tota hęc noſtra diſputatio accipienda eſt, vt à tutoribus ſeparentur: Altera eorum qui in tutorum locum ſubſtituti ſunt, veluti ſi qui in excuſati tutoris deffectum ſubrogentur, vel ob latè diffuſum patrimonium adiungantur, qui licet curatores ſint, quia qui tutorem habet, alterũ ſuſcipere non poſſit, hic tamen curator, iure, munere, & ratione tutoris fungitur. l. 2. & 3. C. in quib. cauſ. tut. haben: Itaque pubertate hæc cura, vulgaris tutelæ exemplo finitur. l. curatorem, ff. de tut. & cura. dat. ab his: idemque dicendum eſt de his curatoribus qui furioſis, pro-

digis, ac cæteris miſerabilibus perſonis ordinantur, quia lege conſtituti ſunt, vt earum perſonam regant, l.1. ff. de cura. furioſ. l. diuus Marcus, ff. de off. præſ. quocirca ſi omnes tanquàm tutores legitimi vrgendi ſunt, certis tantum rationibus excuſare ſe poſſint, de his quoque accipiendam puto Rubricam illam de excuſ. tuto. & cura. quam noſtri huic diſputationi ſolent obijcere. Poſtremo non obeſt l. Curatori C. de neg. geſt. qua tutorum & curatorũ officium, neceſſitate quadam iniuncti muneris contineri verum eſt, nam aliò pertinet ille locus, quàm vt ad hanc cauſam referri poſſit, & hoc vult, vt quamuis negotiorũ geſtoris munus id tantum contineat, quod geſtum & cœptum eſt, tutelæ tamen curę, & procurationis officium, aliò extendatur, aut porrigatur, & vniuerſum in dubio ſit,

vt qui ſe pro tutore, curatore, vel procuratore geſſit, non vnius tantum, vel alterius rei gratia, ſed omnium bonorum nomine ſuſcepiſſe videatur, quod in curatore, de quo potiſſimum diſputamus expreſſum eſt, l. quod dicitur ff. de tutel. l. in omnem rem ff. de tuto. & cura. dat. ab his, & eã eſſe huius reſcripti interpretationem ſatis explicat procuratoris cum tutore, aut curatore cõparatio, quoniam alioquin procurationem ex voluntate, & arbitrio ſuſcepti obligare, nemo niſi ſupinus contendere inter eruditos malit. l. 1. ff. mand. l. inuitus ff. de procura.

CAP. 3.

1. *Quid ſit ius accreſcendi.*
2. *Verbalis tantum coniunctio non habet ius accreſcendi.*
3. *Explicata l. Mæuio ff. de lega. 2.*

4. *Interpretatio l. hæredes ſine partibus ff. de hæred. inſti.*

5. *Explicata l. ſi duobus §. 1. ff. de lega. 1.*

IVs accreſcendi à Papiniano definitur, quo portio velut alluuio portioni accreſcere debeat, l. ſi Titio [1] ff. de vſufr, quę ratio eſt cur ad hæredes tranſmittatur, cùm rei non perſonę cohæreat, l. ſi ex pluribus. ff. de ſui & leg. hæred. Quamobrem in eo illud ſummum eſt, vt pluribus res eadem vel cõiunctim, aut diſiunctim legetur, § ſi eadem de lega. apud Iuſtin. l. ſi pluribus ff. de lega. 1. ideoque ex his verbis, Titio & Mæuio fundum Tuſculanũ æquis partibus do lego, nullam iuris accreſcendi rationẽ haberi poſſe puto, quin hęc cõiunctio iudicio meo pro nihilo eſt, licet veteres omnes cõtra ſenſerint, & nemo

ſit qui in hunc vſque diem contrarium tentare auſus palã fuerit, & rationibus cõfirmare ſit niſus,[2] ſed res ipſa loquitur, & iſtud ipſum manifeſtò Papinianus explicat, in l. cum ſingulis ff. de vſufr. accreſc. quinimo amplius verum eſſe oſtenditur, quia licet plures eo modo, eadẽque verborum ſtructura iungantur, potius hoc celeriter feciſſe teſtatorẽ, quàm coniunxiſſe Pomponius exiſtimat, l. ſi ita quis ff. de hæred. inſtit. & alio loco ait Vlpianus, hanc adiectionẽ, *æquè*, voluntatem teſtatoris exprimere, vt partes diſtribuiſſe videatur, in l. interdum ff. de hæred. inſtituend. ac rationem habet maximam, cùm enim ex voluntate, & patrisfamilias deſtinatione, vel ex vna re plures fieri poſſint, l. quod in rerum §. penult. ff. de lega. 1. l. ſi quis duas §. ſi quis partem ff. comm. præd. ab initio partes factas eſſe non dubita-

tur, itaque non eadem, ſed diuerſa res eſt, quæ pluribus erit prȩſtanda, vt defunctus ſingulas fundi partes, fundum fecerit, l. planè §. fin. ff. de lega. 1. Sed & Celſus id non diſſimulat, cùm inter cõiunctos, & eos quibus partes legatȩ ſunt, plurimum propter ius accreſcendi intereſſe ſignificat, in l. & Proculo ff. de lega. 2. & Paulus re coniunctos non eſſe, Titio & Seio fundũ ȩquis partibus do lego, quoniam ſemper partes habẽt legatarij. Itaque alios qui re cõiuncti ſunt, in iure accreſcendi potiores futuros reſpondit, in l. re cõiuncti ff. de lega. 3. illud enim requirimus, vt res eadem debeatur: generalis eſt poſtremo regula, quàm Neratius & Celſus prȩſcribunt, toties ius accreſcendi eſſe, quoties duobus ſolidum debeatur, ſed concurſu diuiſio fiat, l. inde Neratius ff. de vſufr. accreſcẽd. quod nuſquàm in ver-

bali tantum coniunctione accidit, Non obeſt l. Meuio ff. de lega 2, vbi dimidię partis mentione à teſtatore facta, tamen iuri accreſcendi locum fore Iauolenus reſpondit, nam illud ibidem propter poſtrema teſtatoris verba effectú exiſtimo, qui cùm tertio demum legaſſet, eundem fundú, ſe legare demonſtrat, vnde ſatis conijcitur, noluiſſe illú ab initio ex vno fúdo plures facere, itaque re omnes ibi coniunctos eſſe ex defuncti iudicio negari nõ poteſt. item hæc regula in hęreditate locú habere non ſolet, cùm enim vnica illa ſit, eaque indiuidua, qui eius partem habet, aliá inuitus quoque habiturus eſt, l. 1. & 2. ff. de acquir hæred, nam nec cui duas hæreditates habere permittitur, ideoque ne pro parte teſtatus decedat pro parte inteſtat⁹, hęredes plures quacúque ratione inſtituti, perpetuo re coniuncti ſunt, & in his

quęlibet partiũ adiectio inter quoſdã facta Hoc ſolum obtinet, vt cęteri altero vacante non pręferantur, nec vnum corpus efficiant, l. interdum, l. ſi quis ita ff. de hęred inſtit. quod alioquin omnino facturi eſſent, ſi ita ſcripſerit, Titium hæredem inſtituo, Męuium & Caium hęredes inſtituo, l. Attius l. item quod Sabinus ff. de hęred. inſtitu. quaſi propter vnitatem ſermonis, poſtremi in vnum corpus redacti fuerint, l. vni §. his ita C. de caduc. toll. l. plane ff. de leg. 1. ſicuti & ſi qua ex parte Męuius hęres ſit inſtitutus, ex eadem Caius nuncupetur, l. Iulianus, ff. de hæred. inſtitu. vel cùm Caium ex vna teſtator dixerit, iterum Mæuium ex vna ſcribat, l. ſi ita §. fin. ff. de hæred. inſtitu. aliter atque ſi cùm Caio dimidiam, Mæuio dimidiam, legaſſet, Titio eundem fundum aſſigna

uerit, l. Męuio ff. de leg. 2. Nã cùm in fundo duę dimidię ſint, ſingulas iudicatur ſingulis aſſignaſſe, quas tandem per Titium minuiſſe videbitur, itaque fundi trientes fient, vt diuidatur, cùm tamẽ cõſtet VNIVS verbum, ad rem vnicam facile referri poſſe, vt in ea Caius & Męuius coniuncti videantur, idcirco in hac ſpecie tertio addito ſemiſſes futuri ſunt, vt notatur in l. ſi ita §. fin. ff. de hęred. inſtit. ex quibus conſtat hoc perpetuo in hęreditatibus accipiendum eſſe, plures hęredes quoquo modo inſtitutos, re coniunctos videri, vt inter eos accreſcendi locus ſit, l. teſtamento C. de impub. vt vel ex fundo ſolus inſtitutus totum habeat, l. 1. §. ſi quis ff. de hęred. inſtitu. aut ex contrario in vniuerſum excepto fundo nũcupatus, perinde iure ciuili habeatur, ac ſi in ea quoque re hęres inſtitutus eſſet, l. ſi quis

ita 74. ff. de hęred. inſtit. quemadmodũ ſi plures ex fundis, aut ex rebus certis inſtituantur, ex ęquo hæredes ſunt, fundis tamē per arbitros ſingulis adiudicatis, l. quoties, §. ſi duo, l. ſi alterius l. ex facto ff. de hęred. inſtit. ſicuti ſi ex quibuſdam partibus hęredes inſtituti fuerint, reliquum pro portione acreſcere nō ambigitur, l. interdum §. paterfamilias ff. de hęred. inſtit. aliter quàm ſi alij ex re, cæteri ex parte inſtituantur, hi enim ſoli hęredes eſſe iuſſi ſunt, reliqui legatariorũ [3] loco cenſentur, l. quoties. C. de hæred. inſtit. quod ſi ſine parte hęredes ſint, conſtat quod ad ius accreſcendi non eſſe cōiunctos, l. item quod §. vnde. ff. de hęred. inſtit. nec obſtat. l. hæredes ſine partibus ff. eo. Iauolenus hanc quidem mouet quæſtionem, nùm qui ſine parte hæredes ſunt, coniuncti vel deſiuncti habeantur,

& illud quærere propter iuris accreſcendi inter coniunctos obſeruatam prælationem non inutiliter futurũ refert, quid tamẽ ipſe cenſerit nõ ſatis ibidẽ Tribonianus explicuit, ſed alibi ex Seruio & Celſo nos docet Vlpianus quantũ ad ius accreſcendi non eſſe cõiunctos, d.l. item §. vnde ff. de hęred. inſtit. quod verũ exiſtimo ſi quidã ex partibus, alij ſine parte vocentur, nam ſi omnes ſine parte ſint, vulgares iuris regulas inter eos obſeruari non dubitem, l. ° liber homo §. Titius ff. de hered. inſtit. denique his quæ diximus partiũ diſtributione à teſtatore facta, inter legatarios ius accreſcendi non obſeruari, non obeſt l. ſi duobus §. fin. ff. de lega. 1. Nam ibidem cùm re & verbis ab initio Titium & poſthumum defunctus coniunxiſſet, tandem vtrique viriles dari portiones addidit, quod ſingulis

ius ex priore formula quæſitum immutare non potuit, quin ſolo concurſu alter ab altero partem auocet l. vni § vbi autem C. de caduc. toll. eóque ſolo caſu quo vterque admittatur hanc diſtributionem recipi teſtatorem voluiſſe, vt concurſu fiant partes conſtituamus. l. coniunctim, ff. de leg. 3. l. triplici ff. de verb. ſignif.

Cap. 4.

1. *Inſtitutus à patre, idemque filio ſubſtitutus quando ſeparare poſſit ſucceſſiones.*
2. *Exiſtentia ſui hæredis tabulas pupillares confirmat.*
3. *Explicata l. ſed ſi plures verſ. idemque eſt ff. de vulg.*
4. *Si ſolus pupillus ſit hæres patris quando liceat ſubſtituto, eius hæreditates ſeiungere.*

CONTRARIÆ Iuliani & Marcelli ſcholæ in ſeparanda à ſubſtituto impuberis

hæreditate paterna, à pupilli ſucceſſione, & hac de re varia reliquorum Iuriſprudentum reſponſa, quæ in pandectis extant maximas interpretibus noſtris[1] tenebras effuderũt: Ego rem totam ſic explico, ac plurimũ intereſſe dico, nùm à defuncto inſtitutus fuerit, qui & filio ſubſtitutus eſt, an etiã impubes patri hæres exiſtat, & quidem priore caſu, aut adiuit inſtitutus, idemque impuberi ſubſtitutus paternam hæreditatem, quo facto pupilli ſucceſſionem prętermittere non poteſt, l. qui patri, ff. de acquir. hęred. l. quidam C. de iur. deliber. cùm enim neceſſarius eo modo patri extiterit, l. 1. C. de repud. hæredit. filio quoque talẽ fieri neceſſe eſt, vt inuitus obligetur, l. ſed ſi §. quos poſſum ff. de vulg. ſin autem ex patris teſtamẽto repudiauerit, Iulianus à Marcello diſſentit, & huius probata ſententia eſt, qua diſtin-

diſtinguit, an ex aſſe fuerit inſtitutus in patris teſtamento, qui filio ſubſtitutus eſt, an ex parte, vt ſi ex toto euanuerit ſubſtitutiō, quia nō ſit per quem hæreditas patris adeatur, & ſecundæ tabulę cōfirmentur, l. 2. §. adeo l. ſed ſi plures §. ſi ex aſſe ff. de vulg. quocirca ſi filius teſtatoris fuerit inſtitutus, idemque fratri ſubſtitutus, aliud iudicandum eſſet, l. ſi filius ff. de vulg. quoniam & ſi non adeatur ex patris teſtamento hæreditas, quia tamen filius ſuus hęres extitit, cui non fuit aditio neceſſaria, l. in ſuis ff. de lib. & poſt. ſecūdę tabulę cōfirmantur, l. ita tamen §. à patre ff. ad Trebell. l. cum quaſi §. ſed & ff. de fideicomm. libert. maxime cùm eo caſu nihil ex patris bonis attingat, qui fratri exhęredato ſucceſſerit, l. filius qui ff. de acquir hęred. quod ſi ex parte fuerit etiam extraneus inſtitutus, poterit ſine

metu remota patris ſucceſſione impuberis hęreditatem amplecti, l. quæſitum ff. de acquir. hæred. nam & per cohęredem, defuncti teſtamentum confirmari poterit, & duæ ſucceſſiones ſunt, vt ſupra diximus, quod verum eſt[o] niſi cum filio impubere ipſe ex parte fuerit inſtitutus, eidemque ſubſtitutus, tunc enim repudiata patris hæreditate, neque filij habere poterit, l. ſed ſi plures §. idemque eſt ff. de vulga. iuncta enim cœpit eſſe hæreditas, nec ad id admitti poteſt quod ſemel repudiauerit: itaque cùm per legẽ impuberi acceſſerit, pars illa quã reſpuit ſubſtitutus, nec à bonis pupilli ſeparari poſſit, ab eo quod ſemel noluit excludendus eſt, vt vel integrum capiat, vel nihil habeat, l. liber homo §. fin. ff. de hæred. inſtituẽd. Supereſt alter caſus quo pupillus à patre inſtitutus eſt, in quo

diſtinguitur, an ipſe ex parentis iudicio adierit an repudiauerit, vt ex illo capite quia iuncta cœpit eſſe hęreditas, à ſubſtituto non ſeparetur, ijſdēque ipſe oneribus aſtringatur quibus ſe pupillus implicare nō dubitauit, l. ſed ſi plures §. filio ff. de vulga.[8] aliter atque ſi ſe pupillus paterna hæreditate abſtinuerit, qua in re Marcellus extraneum ſubſtitutum ab eo qui ſuus defuncto fuerit ſeparandum exiſtimat, quia hic poſtremus patri quoque neceſſarius hęres exiſtat, l. Iulianus ff. de acquir. hæred. ſic tamen vt à prætore ius abſtinendi impetrare non prohibeatur, l. filio pater ff. de lega. 1. l. neceſſarijs ff. de acquir. hęred. ille, ſeparatas à pupillo (cui tantum ſucceſſit) hęreditates coniungere non adigatur, quia vtriuſque diſpar ius eſſe cœperit.

CAP. 5.

1. *Aliud eſt ſub conditione ſi placuerit rem emere, aliud in debitoris arbitrium obligationem conferre.*

2. *In debitoris arbitrium tanquam cõditionem non poſſe conferri obligationẽ.*

3. *Obligationes in faciendo & in non faciendo quo modo differant.*

4. *Explicata l. quicquid §. fin. ff. de verb. obliga.*

5. *Hæc verba cum volam & ſi volam, quo pacto ſeparentur.*

6. *Enodata l. ſenatus §. legatum ff. de lega. 1.*

GRAVIS eſt apud noſtros de obligatione in alterius voluntatem collata tractatio, & quidem mirum huius prudẽtię gnaro nõ videbitur, ſi tot & tàm varijs ſententijs fluctuauerint, cùm nec à iuris authoribus ſatis liquidô per Tribonianum hac de re edocti videantur: Ego quid ſentiam cętero-

rum verboſis commentarijs omiſſis breuiter repetam, & in difficili negotio, qua ratione iudicio meo cõciliari poſſint, diſſidentes quę extant Iuriſconſultorum ſententię adnotabo Hoc igitur primum éſt, vtique ab omnibus receptiſſimũ, in his cõuentionibus quę ΣΥΝΑΛΛΑΓΜΑ continent, alterutrius voluntati negotium committi nõ poſſe, l. in vẽdentis C. de contrah. empt [3] ne in ipſorum arbitrio ſit an obligentur, ſic tamen ne illud impediat quominus ſub conditione geratur, veluti ſi Stichus intra certum diem tibi placuerit, erit emptus tot aureis, §. fin. de contrah. empt. nam & ſi tẽpus nõ adijciatur, intra ſexaginta dies tantũ redhiberi potuit, l. quod ſi nolit, §. in factum ff. de ędil. ædict. vt ſi interea vel perdatur, aut deterior res fuerit quæ redhibetur, præſcriptis verbis detur actio, quia ex vendito

pendente conditione non potuit, cùm hoc egerint vt experimentum gratuitum eſſet, l. ſi rem l. apud Labeonem ff. de præſcrip. verb. aliter atque ſi res ita diſtracta ſit, vt ſi diſplicuiſſet inempta foret, quo modo conſtat non eſſe ſub conditione diſtractam, ſed reſolui emptionem ſub conditione, l. ſi res ff. de cõtrah. empt. quocirca vel ex vendito, aut in factum ex ædilitio ędicto agitur, l. cum autem l. quod ſi nolit §. in factum actio ff. de ędil ędict. Alterum eſt vt in debitoris voluntatem nexũ non conferamus, ſub hac enim conditione ſi volam, aut ſi voluero, ordinata obligatio nulla eſt, l. ſub hac ff. de act. & obliga. l. centeſimis §. penult. ff. de verb. obl. l. ſtipulatio nõ valet ff. eo. nec ſane congruit obligationis neceſſitati, ſi in rei arbitrium reliqueris an debeat, l. 2. §. 1. ff. de eo quod cert. loc. eaque ratio eſt cur

Iauolenus exiſtimet, nihil in cauſā dotis eſſe ſi pactū fiat, né ab inuito patre exigatur, l. fin. §. fin. ff. de pact. dotal. quod etiã in poſtremis iudicijs obſeruandū eſt, ne hęres ſi volet præſtet, l. fideicõmiſſa 2 § quãquam ff. de leg. 3. & illud nõ ſolū exiſtimo ſi in ſecretum voluntatis rei conferatur obligatio, ſed & ſi tanquàm ex conditione eius arbitrio pendeat, veluti ſi capitolium aſcendero, decem dabo, licet Accurſius Bart. & alij contra. idque puto quoniam in conuentionibus Venuleius reſpondit, nullam promiſſionem eſſe quæ ſtatum ex promittentis voluntate cœperit. l. à Titio §. fin. ff. de verb. oblig. in legatis Paulus ait, in hęredis voluntate poni non poſſe, in l. ſenatus §. legatum ff. de leg. 1. non obeſt. l. §. ff. de leg. 2. quoniam iure noſtro plurimum intereſſe conſtat, inter eas conditiones

quæ in faciendo, & illas quæ in non faciendo conſiſtunt, l. impoſſibilis ff. de verb. oblig. l. ſeruum[3] meum §. 1. ff. de hęred. inſtit. illud ſummũ erit, vt quod ſub ea conditione quæ in non faciendo concipitur debeatur, ſtatim poſſit exigi, nam & verũ eſt impletam eſſe, quocirca hęres qui ſi non fecerit debet, obligatus videbitur, quia & certum eſt non feciſſe, nec cautionis Mutianę cauſa aſtringetur, quoniam legatarij non intereſt ſi fecerit, quia ſemel ex euentu conditionis legato adiectę, ei quæſitum illud fuerit, & hoc eſt quod ait lex illa 3. ff. de leg. 2. in eius eſſe poteſtate facere aut non facere, eandem quoque interpretationem recipit, l. quicquid §. fin. ff. de verb. oblig., in cuius tamen ſpecie ſtatim non debetur, quia certum tempus quo non fieret obligationi contrahentes adijciant, ex quo adhuc verũ

non eſt non eſſe factum, nam quod de puris obligationibus dicimus, vt cum dies non ſit ſtatim debeantur, l. cum qui §. quoties ff. de verb. obli. tantundem de his cõditionibus quæ in non faciendo ſine certo tempore conceptæ ſunt effari poterit, vt ipſo iure ſtatim veræ ſint, quia certum eſt factum non eſſe, ſin autem tempus addatur, diei mora expectãda ſit l. in illa ff. de verb. oblig. quod etiã noſtri explicant in l. Mutianę ff. de cõdict. & demonſtr. Superior tamẽ regula pluribus modis interpretanda eſt, 4 Primo vt iure reus velle non impediatur, quaſi ſub conditione promiſerit, & debeatur quod l. xi. §. ſi ſic. ff. & leg. 3. aperte oſtendit l. ſi ſub vna ff. de act. & obliga: cùm tamen ſe velle declarauerit, plurimũ intereſſe ſciendum eſt, an ſub hac conditione ſi volam, aut ſi voluero ſponderit, vt priore caſu iterum nol-

le poſſit, poſteriore non item, l. ſi ſic ſtipulatus ff. de verb. oblig. d. l. fideicommiſſa §. ſi ſic ff. de leg. 3. Secundo vera non eſt definitio, ſi ad debitoris arbitrium tanquàm boni viri res conferri potuit, l. hęc venditio ff. de contrah. empt. l. xi. §. ſi ſic ff. de lega. 3. quia nec moram nec conditionem hoc arbitrium continet, l. 1. ff. de leg. 2. Nec obeſt l. quod ſæpe §. 1. ff. de contrah. empt. Non enim ibi inutilẽ eſſe eo modo contractam emptionem oſtendit, ſed adhuc quidem imperfectam, quemadmodum & ſi in alienum arbitrium prætij ęſtimatio collata fuiſſet quamdiu non arbitratur ille, l. fin. C. de contrah. empt. cùm interim non ſit certum pręțium quod exigimus, l. 2. ff. de contrah. empt. Tertio ſi tractum habeat obligatio, veluti cùm voluero, aut cùm volam, l. centeſima §. fin. ff. de

verb. obliga. quo modo veriſſimum eſſe Caius arbitratur, valere fideicommiſſum, in l. vtrum § 1. ff. de reb. dub. vt tamen arbitrer intereſſe inter hæc verba cum voluero, & cum volam, quoniam ex priore formula ſi ante mortem non conſtituerit ſe velle, ad hæredes obligationem non tranſire puto, quia quod velle ſemel tantum potuit, poſſe, morte deſinit, l. centeſimis §. fin. ff. de verb. oblig. ex poſteriore aliud eſt, quoniam tractum habet vt ad hæredes tranſeat qui & velle poſſunt l. vxorē §. Scæuola ff de leg. 3. non quidē quaſi teſtator amplius velle poſſit, ſed quia cum viuens ſæpius potuerit, per hæredem illum voluiſſe interpr æ tamur, vt actus valeat potius quàm pereat, l. quoties ff. de reb. dub. licet cũ Accurſio inter hæc verba ſi volã & ſi voluero nihil protin⁹ eſſe diſcriminis cēſeã, quod

plane oſtendit l. ſi ſub hac ff. de act. & oblig. iunct. l. centeſimis §. fin. ff. de verb. obliga. Tertium in hac diſputatione breuius eſt, vt creditoris voluntati & arbitrio eſſe poſſit an ei debeatur, nec ſit inutilis voluntatis expreſſio. l. ſi ita §. 1. ff. de leg. 1. l. ſi ita expreſſum ff. de condit. & demonſtr. in hęredũ inſtitutione habetur, in l. iam dubitari ff. de hæred. inſt. Quartũ eſt quo quæritur nùm in alterius cuiuſuis poteſtate eſſe valeat an debeatur, & hoc conſtitui poſſe iudico, nec in contractibus nec in poſtremis iudicijs expreſſæ alterius voluntati obligationem cõmitti poſſe, in teſtamentis quidem hoc dubio caret, l. ſi quis Semproniũ ff. de hęred. Inſt. l. nonunquam ff. de condit. & demonſtr. in contractibus confirmatur, quoniam quæcumque gerimus, niſi ex noſtra perſona initium obligationis accipiant

inutilem actum efficiunt, l. quæcũque ff. de act. & oblig. aliud eſt igitur ſi ad alienũ arbitrium tanquàm boni viri te retuleris, l. fin. C. de cõtrah. empt. l. ſi in lege ff. loca l. ſi quis arbitratu ff. de verb. oblig. l. in perſonam §. generaliter ff. de reg. Iur. l. ſi ſocietatem ff. pro ſoc. in quo vt diximus nec mora nec conditio ineſt, contractuum tamẽ ſtrictorũ, & bonæ fidei ratione habita, vt in illis ſtrictum in certam perſonam collatum arbitrium ſit, in his largius & amplius accipiatur, vt mutari perſona & ad aliam recurri poſſit, ſi non de conuentionis ſubſtantia quęſtio fuerit, quod adnotatur in l. ſi quis arbitratu. ff. de verbor. oblig. & l. fin. C. de contrah. empt. Item quamuis in alieni deſiderij ſecretum conferri nihil poſſit, non eſt tamen quod impediat quominus vniuerſa tanquàm ſub condi-

tione in aliena voluntate poni rite valeant, veluti ſi capitolium Titius aſcenderit, l. cum hæres §. ita liber ff. de ſtat. liber, aliud eſt igitur in alienam voluntatem legatum conferre, in l. nonumquam ff. de condit. & demonſtr. aliud in aliena voluntate tanquam conditionem ponere, l. ſenatus §. legatum ff. de leg. 1. licet quid effectu quidem quęſo intereſt (ait Vlpianus) inter hæc verba ſi capitolium aſcenderit, aut ſi voluerit? & ſane re ipſa nihil, nota tamen eſt iuris regula, qua expreſſa nocent, nõ expreſſa nõ nocẽt, l. expreſſa ff. de reg. iur. quoniam expreſſæ alia tacitę voluntatis haberi ratio ſoleat, l. cum qui §. 1. ff. de verb. oblig. Poſtremo omittendum non erit, hoc libertatis fauore iure ſingulari inductum eſſe, vt & in creditoris & debitoris vel alterius cuiuſque expreſſam voluntatem il-

la conferri poſſit, quinimo hæredis quoque grauati expreſſam volunta-tem pro boni viri arbitrio accipimus, né alioquin iſtud legibus aduerſari videatur, l. fideicommiſſaria ff. de fideicom. libert.

CAP. 6.

1. *Dies quo libertas cedit & peti legatum poteſt ſi concurrant ſatis eſt.*
2. *Explicata l. 30. §. cum teſtamento, ff. de lega 3.*
3. *In lege Falcidia legatum in diem pro puro ſemper non eſt.*
4. *Libertas & hæreditas ſeruo relicta quo modo concurrere debeant.*

SERVVS propri⁹ cũ libertate purè inſtitutus neceſſari⁹ hæres eſt, idéque ſi ſub conditione liber fiat, quia in vnũ & hereditas & libertas neceſſario cõcurrũt, ac in liber[tatis] tẽp⁹ inſtitutio differtur, l. 3. §. 1 ff. de hęred inſtit. preſẽti vero die da[ta] libertate, ſeruo purè

vel ſub conditione legari poterit, quod in legato quidem conditionali difficultatem nō habet, quia prius libertas quàm legatum ceſſerit, in puro dubitari poteſt, eo quod à teſtatoris morte cedat libertas, aditione tantùm debeatur, l. vni §. libertatibus C. de caduc. toll. l. 3. C. de manumiſſ. teſtam. ſed quia legati petendi dies cum eo quo libertas ceſſerit concurrat, magis eſt vt vtrumque firmetur, l. quęſitum §. 1. ff. de lega. 1. quod Paulus aperte confirmat, & iniuſtitiam alioquin contineri reſpondit, poſtquàm vt ipſe loquitur, in huiuſmodi perſona vtriuſque quodammodo dies ceſſerit, l. ſi quis ſeruo ff. de lega. 2. Ex quibus apparet ſatis eſſe ſi dies quo libertas cedit cum legati poſtulatione concurrerit, ideoque ſi legatum purè, libertas in diem data ſit, poſt tempus legatum deberi Labeonis reſ-

ponſo continetur, l. qui quatuor 30. §. cum teſtamento ff. de leg. 3. cuius rei cauſa noſtris non liquet, ſed in aperto eſt ex ſuperioribus, quia ſufficit libertatem cum relicti petitione ceſſiſſe, eaque ratio eſt cur Metianus reſpondeat; ſi in diem certam legatum hęredis ſeruo detur, & libertatis relictę dies cedere cœperit, illud in Falcidiæ contributionem tanquàm vtile venire, quia valeat & ſeruo debeatur, l. in ratione §. fin. ff. ad leg. Falc. quoniã libertatis ceſſio, legati præcedat actionem, cum qua concurriſſe ſatis [3] eſſe diximus, nec ſanè nouum eſt, in lege Falcidia. quod in diem debetur pro puro nõ haberi, l. in lege 45. ff. ad leg. Falc. & eo ſenſu locus ille Metiani acceptus, nulla emendatione indiget vt credunt: Sin autem ſub cõditione ſeruus liber eſſe iuſſus ſit, aliàs inutiliter aliàs vtiliter pure legatum acci-

D

pit, nam ſi ea ſit conditio quæ ante aditam hæreditatem impleri poſſit, veluti ſi Titio decem dederit, vtiliter legatur, quia verum eſt ceſſiſſe libertatem, quo tempore legatum peti potuit, ſi non neceſſarius ex aſſe hæres *extiterit, qui cùm ſine aditione à morte teſtatoris ſuccedat, ex eo die ſtatim legata debentur, quo adhuc libertatis conditio, eius diem ceſſiſſe non patitur, quocirca eo caſu ſeruo proprio relicta nulla ſunt, adhuc libertatis cõditione pendente, l. queſitum §. neceſſario ff. de leg. 1. poſtquam nullum temporis interſtitium notatur, quo impleri conditio potuerit. Porro ſi hæreditatis aditionem [6] ad libertatis conditionem implendã expectari neceſſe ſit, inutile relictum efficitur, veluti cum liber eſt ſi hæredi x. dederit, eadem ratione qua diximus, quia legatum ſine liber-

tate factum videtur, cuius dies ante libertatis impletam conditionem venerit, nam eo tempore quo aditur hæreditas, legati petitio cõpetit, libertatis vero dies adhuc cecidiſſe dici non poterit, vnde præcedens exigendi facultas efficit, vt inutiliter relictum videatur, l. Iulianus ff. de conditio. & demonſtrat. idem iuris eſt ſi alieno ſeruo poſt mortem domini legetur, quãuis in huius teſtamento pure liber eſſe iuſſus ſit, etenim ante legatum peti poteſt, quàm hæres aliquis domino exiſtat, ex quo libertatis obligatio ſuſtineatur, pręterquam ſi ſuus aut neceſſarius teſtamento factus fuerit, quia tunc in vnum vtrumque conueniat l. ſi poſt mortem ff. de lega. 1.

CAP. 6.

1. *Certa & incerta legata quomodo in Falcidiam computetur.*
2. *Explicata l. 3. §. fin. ff. ad leg. Falc.*
3. *Mortis cauſa capio an in Falcidia computetur.*
4. *Conciliata l. 1. ff. de pen. leg. cum l. ſi penum ff. quand. die. leg. ced.*
5. *Explicata l. penult. C. ad leg. Falc.*
6. *Quæ in Falcidiam, quæque in Pegaſianam imputentur.*
7. *An à fideicommiſſario hæredi relictũ in quartam imputetur.*

Ex Falcidia quæ ex legatis & particularibus fideicõmiſſis ſi dodrantem exceſſerint quartæ deductionẽ hæredi permittit, § .1. de leg. Falc. ad omne quod ex bonis defuncti erogatur referri ſolet, ſiue in corpore certo incertoue conſtet, veluti pondere, numero, menſura, aut etiam ſi ius legatum ſit, vt vſufructus, aut quod in nominibus eſt, l. 1. §. non ſolum ff. eo. ſic

tamen vt alio atque alio modo hæc legatorum diminutio fiat, nam ſi certum corpus ac diuiduum ſit, poſſe quartam ex eo retineri non dubitatur, ſin incertum & indiuiduum, id totum æſtimandum erit quod in legato eſt, vt æſtimationis pars offeratur, l. 1. § ſi vſufructus l. lege Falcidia. l. ſi is qui § fin. ff. eo. quocirca ſi in annos ſingulos dena legentur, tanti rem æſtimare oportuit, quanti venire id legatum poterit, in incerto poſito quandiu legatarius victurus ſit, l. cum Titio ff. ad leg. Falcid. computationis ratione obſeruata, cuius mentio eſt in l. hæreditatum ff. eo. nam & eius morte in annos ſingulos relictum extingui noſtri voluerunt, l. ſi in ſingulos ff. de annu. lega. præterquàm ſi reipub. debeatur, cui in perpetuum præſtãdum eſſe Paulus exiſtimat, in l. annuam ff. eo. Itaque cùm in ea hæc

temporis æſtimatio aut vitæ ratio haberi non poſſit, alia vtendũ eſſe cautione animaduertitur, quoties de Falcidia quæ ad municipiũ quoque legata pertinet, quęſtio eſt, l. 1. §. ad municipiũ ff. ad leg Falcid. vt ſcilicet annuũ illud reipub. legatũ pro triẽte vſura ſortis quæ ad illã neceſſaria fuerit accipiatur, eaque ſors tãquàm legata ſit per Falcidiã minuatur, ex quo legatũ annuũ minuſculũ efferatur, veluti ſi quis quadraginta reipub. Sebaſtanorum annua legauerit: vnde Falcidia ſit detrahẽda, perinde hoc ſumatur oportet, ac ſi mille legata fuerĩt, cuius triẽtes vſurę ſunt quadraginta, vndę ad Falcidiæ rationẽ illa mille minuẽda ſunt, ex quorũ delibatione vſurę leuẽtur, & eius tantũ quãtitatis quæ ſupereſt exigãtur, hicque ve[illegible] eſt ſenſus l. 3. §. fin. ff. ad leg. Falcid. [illegible]ale igitur legatũ eſſe oportuit quo[illegible] ab hærede peti

poſſit vt in Falcidiã cõputetur, l. ſi a ſeruo ff. ad leg. Falc. de mortis cauſa capione dubitatum eſt, quæ in ſpeciẽ donationis à teſtatore factæ non cadit, l. inter mortis ff. de dona. cauſ. mort. nec ex bonis eius proficiſci Vlpianus exiſtimat, in l. quod donationis ff. eo. vnde legatarius nõ appellatur qui tale quippiam acceperit, l. ſi quis ſub cõditione ff. ſi quis omiſſ. cauſ. teſt. quę tamẽ omnia in Flcidia neceſſario deſiderãtur, l. 1. §. nõ ſolũ ff. ad leg. Falc. eſt quoque in aperto Pauli hac de re ſentẽtia, qui penũ in hac ſpecie reſpõdit in Falcidiã imputari nõ poſſe, ſi penũ nõ dederit x. dato, quia hic penus non eſt legata, ſed ſi detur mortis cauſa capitur, l. 1. §. idemque ff. ad leg. Falc. aliter atque ſi non à conditione cœperit, ſed ab initio pe[illegible]ris legatum perfectum ſit velu[illegible] hęres penum dato, & ſi nõ dederi[illegible]. dato, quo caſu putat

ipſe penum legatam videri ſi in cõtinenti & ante moram præſtetur, nè alioquin transfundatur in x. l. obligationum § fin ff. de act. & oblig. vt ſi demum pręſtetur, mortis cauſa capi videatur, d. l. 1. §. item ſi ita ff. ad leg. Falc. quod idem repetit, & penoris legatum fundo comparat, ac vtrumque eo modo perfectum aſſerit, in l. ſi penum ff. quand. die legat cedat, aliter tamen Iulianus & Marcellus ſentiũt, quorum opinionem Vlpianus refert, & ſequitur in l. 1. ff. de penu. lega. hique arbitrantur etiam ſi non à conditione legatũ incipiat, penum nihilominus in pręſtatione duntaxat cenſeri, non vt peti poſſit, itaque ante moram hæres penum pręſtando liberari poterit, non tamen ab eo poſtulare legatario licebit, qua de re extat Iuliani reſponſum in l. cum ſine ff. quand. die leg. æd. & hæc quidem noſtri

aliter fruſtra conciliare contendunt
4 hac enim de re variè Iuriſcon. ſen-
ſiſſe ſatis oſtēditur, ex §.item ſi ita ff.
ad leg. Falcid. ac penoris legatum à
reliquis obligationibus ſeparari, di-
uerſoque iure à veteribus prudenti-
bus relatum fuiſſe, Papiniani reſpõ-
ſum indicat, in l. ita ſtipulatus ff. de
verb. oblig. Porro conſentiunt om-
nes ſi mortis cauſa capiatur, legatũ
non videri, nec in Falcidiam relictũ
hoc computari, l. acceptis ff. ad leg.
Falc. licet Accurſ. Bart. Caſtrenſ. &
communiter omnes contra cenſe-
rint, ex l. penult. C. ad leg. Falc. quã
deprauatè ex his quidam intelligũt,
non enim ibi mortis cauſa capio eſt,
ſed veram mortis cauſa donationẽ
Iuſtinianus appellat, quia id quod
continetur expreſſo teſtatoris iudi-
cio, & ab hærede relinquitur, idcir-
co ad mortis cauſa capionem refer-
ri non poſſit, l. mortis ff. de dona.

cauſ. mort. nec igitur mirum eſt ſi Falcidia, vt ex cæteris donationibus cauſa mortis detrahēda, ſit, l. ſi mortis C. eo. l. cū pater §. 1, ff. de leg. 2. his cōſequēs eſt vt nec hæres quod cōditionis implēdæ cauſa acceperit, imputare cogatur, quia mortis cauſa capitur, l. id autē ff. ad leg. Falcid. ſed res tota paulò altius repetēda venit, & de his quæ in quartā imputātur agēdū eſt, ergo quod dicitur ſi ex iudicio defuncti quartam habeat hæres, ſolida præſtanda eſſe legata, ita debemus accipere, ſi hęreditario iure habeat, l. in quartā, l. in quod autē ff. ad leg. Falc. Itaque quod quis legatorū nomine accepit à cohærede, cęteris legatarijs non proficit, cohęredi tamen prodeſt, ſi ab eo tantundē acceperit, vt compenſetur, & ſuppleat quod propter quartā cohærçs deducere deſiderat, l. Neſenius ff. ad leg. Falc. & hoc eſt quod alibi dici-

tur, non aliter audiendum eſſe coheredem quàm ſi voluntati defuncti ſolidum præſtando pareret, l. filio & filia ff. eo. item ſi ideo legata data ſunt vt ſolida hæres præſtaret, l. quod autem ff. eo. nam & ſi viuus ei hac contemplatione prouiderit, Marcellus ait Falcidiæ beneficium non conſecuturum, l. cum quo §. fin. ff. ad leg. Falc. quod in legitima portione naturæ recipitur, l. ſi non mortis ff. de inoff. l. 1. §. ſi parens ff. ſi quis à paren. fuer. manumiſſ. & hęc de lege Falcidia. Cæterũ ſi de quarta Pegaſiana quęrendũ ſit, legata omnia & reliqua quęcũque ex teſtatoris iudicio obueniunt, hæredi imputari Marciani reſcripto diſertiſſime continetur, l. in quartã ff. ad leg. Falc. Ideoque his aſſentior qui putant quod verũ eſt ea quę cõditionis implendæ cauſa dantur non imputari, l. in ratione §. ta-

metſi ff. ad leg. Falc. quia nec illud iudicio teſtatoris obueniat, vt ſupra diximus, & neceſſario locum illum Marciani in verſic. *Sed & quod implendæ* corruptum eſſe fatēdum eſt, nam & cum iuris ciuilis ratione pugnat, nec aliquo iudicio firmari poteſt, item quod à cohærede accipitur in Pegaſianam ei nō imputatur, nec verum eſt quod quidam aſſerūt, in prę legata imputari, legata non imputari, quaſi quæ ex hęreditate ſunt imputentur, quę aliunde veluti propria aut aliena à cohęrede legata fuerint non item, quod nihil eſt iudicio meo, namque expreſſiſſimè reſcriptum legimus non tota pręlegata, ſed hęreditariam tantum partē in quartā imputari debere, ſi cohęredi reſtituenda ſit portio, l. filium quem C. famil. herci[illegible] vel quartam partem hęreditarię p[illegible]rtionis ſi teſtatoris voluntas in p[illegible]gaſiana reti-

nenda liqueat l. Titia ff. ad leg. Falc. itaque ſi hęreditarium fundum cohęres dare iuſſus ſit, vt à cohęrede portionem hęreditatis accipiat, vel hic etiam ſibi pręcipere iubeatur, hæreditariam tantum fundi partem oneratus in quartam imputaturus eſt, ſuperfluum neutiquam, quoniã à cohærede accipit, l. deducta §. nũmis ff. ad S. C. Trebell. vbi pecunia à corpore diſtinguitur, & in illa intelligunt noſtri l. filium C. famil. herciſc. dum quod à cohærede accipitur compenſandum cõſtituit ac rationem Papinianus retulit, in l. cum pater in princip. [7] ff. de leg. 2. At perquirenda cauſa eſt cur legatum à cohęrede acceptum quod etiam in re hæreditaria vltra portionem onerati eſſe cenſe[tu]r, l. legatum §. 1. ff. de lega. 1. in qu[a]rtam non cõfundatur, & hanc pu[t]o à Marciano notari, quia cum [F]a[l]gaſianæ deductio ab

hęreditate facienda ſit, l. mulier §. fin. ff. ad SC. Trebell. extra quartá id eſt quod à cohęrede accipitur, pro ea parte quam fideicommiſſarius à cohærede accipit id exhęreditaria portione non eſt, quod vice legati à cohærede præſtatur, Hicque verus eſt ſenſus verſic. pro ea vero parte. l. in quartam ff. ad leg. Falc. nec ſanè dicendum eſt teſtatorem compenſare voluiſſe onerato hęredi cui lege quarta debetur, poſtquàm nominatim ab eiuſdem quartę debitore ré legauerit, exemplo mariti qui vxori nominatim legauit, cui dotem per rei vxoriæ actionem debuit, cum qua legatú illud compenſaſſe non videbitur, nec edictum de alterutro locum habet, l. cum hæres l. Lucius §. maritus ff. ad SC. Trebell. aliaque eſt ratio ſi vtrique inuicem legauerit, quo modo Falcidiá compenſari diximus quia eo caſu

in vtroque teſtatorem idem voluiſſe conſtat. Item ſi extraneo hereditas reſtituatur, quoniam in ea ſpecie quicquid ex iudicio teſtatoris obuenit, in quartã imputari conſtituimus, vt etiã fideicõmiſſario legatũ à coherede acceptũ proficiat, & in eo Pegaſiana à Falcidiana diferat, quia non ab eodẽ & quarta & legatũ debetur, itaque quod ab vno acceperit cũ eo quod ab altero ſibi debetur, cõpẽſari voluiſſe leges exiſtimãt & eo modo heredi ſuo prouidiſſe cẽſẽt, quia ſatis eſt ſi ex iudicio teſtatoris quocũque titulo quartam habeat, quod aliter accipimꝰ ſi ab eodẽ vtrũque debeatur, & legatũ & quarta, ob id quod ſupra. diximus. Quocirca queri poteſt an ſi à fideicõmiſſario legatũ heres vel fideicõmiſſum acceperit in quartã imputare teneatur, & ex ſuperioribꝰ nõ cõſũdi patet quia teſtator ab eo nominatĩ legãdo

nondum compenſaſſe videbitur, præterea conſtat ante queſitum fideicommiſſum, à fideicommiſſario hærede relictum non deberi, l. ab eo C. de fideicomm. & quartæ deductionem & retentionem hæres in ipſa reſtitutione habuit, idcirco demũ ex noua fideicommiſſi cauſa relictũ eſt accepturus, quia duplex obligatio ſit, vna legis ob quartam, altera hominis ex legato, quas nondum confundi ſupra oſtendimus.

CAP. 8.

1. *Quod tempus in Falcidia ineunda conſideretur.*
2. *Conciliata l. cùm quo l. & ſi creditor ff. ad leg. Falc.*
3. *Aliud eſſe debitum cum Falcidia compenſare, aliud idem illud in hæreditatem non reputare.*
4. *Conciliata l. pat[...] §. 1. cum l. ſi debitor. ff. ad leg. Fal[...]*

SEQVITVR

SEQVITVR diſputemus cuius temporis ratio habẽda ſit in legis Falcidiæ ineũda computatione, & quidem retentiones omnis tẽporis hæredi in quadrantem imputari receptum eſt, l. in ratione ff. ad leg. Falc. quia nihil intereſt vtrum ab initio [1] inutile legatum apud hæredem maneat, an ex accidente in eum caſum peruenit, vt actio denegaretur, l. nõ eſt dubium & l. ſequ. ff. eo. in cæteris autem rebus æſtimandis, & bonorũ defuncti quantitate dijudicanda, eius mortis tempus inſpiciendum eſſe regula iuris eſt, l. in ratione l. in quantitate ff. ad leg. Falc. quod etiam in duplicibus teſtamentis locum habet, vt ea ſola ſubſtantia ſpectetur quam pater cùm moreretur habuerit, l. in duplicibus ff. eo. & hoc non modo in corporibus verum eſt, ſed & in nominibus obſeruatur, vt eatenus in

bonis creditor habeat, quatenus obligatio vendi aut exigi à debitore poſſit, l. in quãtitate §. magna l. quærebatur l. prętia §. cui⁹ ff. ad leg. Falc. Itaque licet poſt teſtatoris mortem deminutæ debitoris opes fuerint, hoc hęredi nociturum non dubitatur, l. in ratione §. fin. ff. ad leg. Falc. ſed & ſi augeantur nihil ei proderit, quoniam obligatio in hæreditate mortis tempore conſtiterit, cuius ratio apud creditorẽ haberi ſolet, vnde debitor qui bonis ceſſit non liberatur, l. 3. ff. qui bon. ced. poſſ. [2] Inde quoque ſi ſeruus ab hoſtibus redeat, vel cõditio obligationis eueniat, hoc omne in bonis creditoris fuiſſe exiſtimandum eſt, l. cũ quo l. ſerui qui apud ff. eo. quod etiam in peculiari obligatione Marcellus reſpondet, & eam cuilibet alteri c[...]mparat, in l. cũ quo ff. ad leg. Falc. Id[...]que repetitur in l. eo tempore § ſi cr[...]ditor ff. de pe-

cul.ac ideo ſi ſerui aut filij peculium minuatur, hæredis dãno illud ceſſurum nõ ambigitur, nec eſt diſſimile quod ait Vlpian⁹ ſi creditor filij tui, hęredẽ te inſtituerit, & legis Falcidię rationem ponas, peculij quãtitatem quæ aditæ hæreditatis tẽpore fuiſſet in quadrãtem tibi imputari, l. ſi creditor ff. ad leg. Falc. nã ſi tẽpus mortis in peculij nomine vt & in cæteris conſideretur, neceſſe eſt vt ſi aliquid acquiſierit, vberiorẽ quoq; obligationẽ efficiat, & ita hęres in quartam illud omne ſibi imputare teneatur, quod maxime cũ pater peculij debitor creditori ſuccedit accipi poterit, quia ipſe perpetuo ſibi ſoluẽdo eſſe videtur, totũq; hoc cõputare debebit, l. querebatur l. neſenuius §. fin. ff. ad leg. Falc. Ex quibus omnib⁹ apparet verũ eſſe quod dicimus, ea ſola in quadrãtis cõputationẽ venire quę mortis tempore teſtatoris fuerint, &

hæc eſt ratio cur ſi pater voluerit dotẽ quã filiæ debet cum Falcidia cõpenſare, ei non liceat, ac nihilominus filiam dotem proprio, Falcidiã hæreditario iure habiturã, quia inquit Papinianus in hæreditate patris non inueniretur, l. pater §. 1. ff. ad leg. Falc. ex qua tamẽ Falcidiam deducendam ſæpius diximus, aliud idem ipſe reſpondet, ſi debitor creditore hærede inſtituto petijſſet, nè in ratione legis Falcidiæ creditum ſuũ legatarijs reputaret, l. ſi debitor, ff. eo.[1] quoniam tunc debitum cum hæreditate compenſat, & illud in eam confundit, quod non vetatur, l. ſi compenſandi C. de hæred. inſtitu. eoque caſu quod debetur fini quadrantis quem ex bonis percipit compenſabitur, & ſuperfluum æris alieni dodranti tantum debetur, l. quod de bonis §. cum fideicommiſſum ff. ad leg. Falc. eius exẽ-

plo qui tã ſua quàm defuncti bona rogatus eſt reſtituere, quod facit ſi ex eius ſucceſſione tantundem accipiat, quantùm propria bona æſtimẽtur, l. cum pater §. Titio ff. de leg. 2. Ergo Falcidia cum debito compẽſari non poterit, quia hoc in hęreditate teſtatoris numquàm fuit, ſed hæreditas cum debito rectè confunditur, vt cum totum teſtatoris fuiſſe credatur, ex vniuerſo Falcidia poſſit detrahi, & ſi quid obligationi deſit, ex dodrãte reliquo ſuppleatur, quoniã eatenus compenſatio & cõfuſio locum habere ſoleat l. Lucius §. maritus ff. ad SC. Trebell.

CAP. 9.

1. *Contributio quid ſignificet.*
2. *Inter duorum cohæredum portiones quomodo fiat contributio.*
3. *Inter ſubſtitutum & inſtitutum.*

4. *Item cum pupilli portione ab eius ſubſtituto.*

5 *Explicata l.in ratione §. ſi filio ff.ad leg. Falc.*

6 *Denique in duorum impuberum ſucceſſionis.*

CONTRIBVTIO eſt pluriũ rerum in vnũ corpus confuſio, quomodo cõpẽſatio debiti & crediti contributio dicitur, l. 1. ff. de cõpenſa. & patrimonia, onera, bona quoque, confuſa vocantur, in l. Pater §. auia l. quod de bonis, l. qui fundum §. qui filium ff. ad leg. Falc. plura item legata contribui reſponſum eſt, in l. ex teſtamento ff. de hęred. inſtit. & eorũ quę in teſtamento & codicillis relinquntur fit cõtributio, l. ſi vero ff. de milit. teſta. l. in teſtamento ff. ad leg. Falc. eo modo in lege Falcidia à pluribus relicta legata contribui & commiſceri intelliguntur, veluti à duobus cohęredi-

bus,l.1.§.ſi cohæredis ff. ad leg. Falc. vel ab inſtituto & ſubſtituto,l.cohęredi §.ſi cohæres ff. de vulg. aut à pupillo & eius ſubſtituto, vt in l.in ratione §. quod vulgo ff. ad leg. Falc. Itémque in duobus impuberibus l. qui duos ff. de vulgar. Et quidē cùm de ratione legis Falcidię quęritur,ac in ea de patrimoniorum confuſione tractatur; tria potiſſimum conſideranda ſunt, primum eſt in ſingulis hęredibus legi Falcidię locum eſſe,l. in ſingulis, ff. ad leg.Falcid,alterum ex varijs & variorum teſtamentis nunquàm legata contribui,cùm diuerſa & ſeparata eorum ratio diiudicetur,l.fin.ff.de calumnia.l. in rem §. creditor. ff. de compenſa. Tertium erit plurimum intereſſe an de Falcidia ex teſtamento patris quęſtio ſit, an propter pupillares tabulas legis Falcidiæ ratio ſit ineunda, & quidem priore caſu ſi cohę-

res cohæredi ſuccedat, aut ex vulgari ſubſtitutione, aut ex iure accreſcendi illud accidit, ex illa contribui legata & portiones confundi non ambigitur, vt ſatis ſit heredem vnam habere Falcidiam, quia idem eſt ac ſi pro parte pure, pro parte ſub conditione hæres extiterit, l. 1. §. id quod ff. ad leg. Falcid. Idque non modo ſi extraneus quilibet ſit cohęres, ſed & ſi pupillus defuncti filius cui cohæres ſubſtitutus ſit, l. qui fũdum, qui filiũ §. fin. ff. ad leg. Falc. nihil etiam referre puto ſi cohæres poſt aditam hæreditatem cohæredẽ arrogauerit, vel ei ſucceſſerit, l. 1. §. ſi cohæredem, ff. ad leg. Falc. Ex hoc autem non parum referre accepimus, an exhauſta pars accedat integræ, vt nondum confuſioni locus ſit, quia cũ ex perſona defuncti cohęres obligetur, eodem quo ipſe potuit, iure vti non vetabitur, itaque

Falcidiam eius nomine retinebit, an è cõtrario integra pars exhauſtæ acceſſerit, vt confuſioni locus ſit, quia cum hęreditario iure apud hæredẽ maneat, in quartam neceſſario imputãda eſt, l. 1. §. ſi cohęredis l. quod ſi alterutro l. in quartam ff. ad leg. Falc. quamuis illud quod hęredi ex ſubſtitutione exhęredati pupilli acceſſurum eſt in Falcidiam imputari non poſſit, quia diuerſæ ſunt ſucceſſiones, l. quod ſupra ff. ad leg. Falc. aliter atque ſi poteſtatis iure acquiratur, veluti per filium patri, aut domino per ſeruum, l. ſi pupillus §. fin. l. maritum ff. ad leg. Falc. quia iuris ciuilis poteſtas hoc induxerit, l. placet ff. de acquir. hęred. Quod ſi de pupillari Falcidia quæſtio fuerit, hęc erit ſumma regula, in duplicib⁹ teſtamentis patris non filij mortem conſiderari, vt ex eo tempore Falcidiæ ratio ineatur, l. in duplicibus,

ff.ad leg. Falc. Item refert nùm ſub-ſtitutus integram patris hæreditatē habeat,an filij tantum, vt ſi patris etiam, patrimoniorum confuſio & cōtributio facienda ſit, quia vtrumque ex vnico teſtamēto capiat,ideóque legata à ſubſtituto relicta valere Iulianus dixit, quod idem patri hæres extitiſſet,l. in ratione §. fin. ff. ad leg. Falcid. ſin autem ſolius pupilli hæreditatem habeat,quartam ex eo retinere illum poſſe non dubitatur, quamuis cohæres pupillo à patre datus integrum ſuum ſemiſſem habuerit, quia duos hæredes pater habuit, quorum ſingulis Falcidia debetur,l. cohæredi §. cohæres ff. de vulg.nec intereſt an hoc caſu ſubſtitutus ex pupillari,aut vt inſtitutus ex vulgari partem ſuam habeat,l. in ratione §.quæſitū verſ. Sed legata quæ ff.ad leg.Falc.quinimó ſi plures ſubſtituti pupillo ſint ſingulis Falcidiã,

præſtandam eſſe conſtat, vt ſubducta pupilli perſona, ad intellectum inſtitutionis reuocandi ſint, præterquã ſi ab ipſo pupillo legata deberẽtur, quę ſoluta non fuerint, quo modo pluribus ſubſtitutis etiam qui nõ eſt oneratꝰ, licet eius portio vt inſtituti à pupillo ſufficiat, tamẽ propter calculi confuſionem in ſolidum cõueniri non poteſt, quia ſubſtitutus eſt, & à pupillo relicta, cum his quæ à ſubſtitutis debentur contribui ſoleant, quod in hac ſpecie Papinianus reſpondit, [5] Titius cum octingenta in bonis haberet, filium pupillum hęredem inſtituit, à quo centum legauit, eíque Caium & Mæuiũ in ſecũdũ caſum ſubſtituit, & à Caio trecenta quinquaginta reliquit, à Mæuio trecenta ſolummodo, itaque Caius ex perſona ſua, & vt inſtitutus hæreſq; pupilli Falcidia vtetur, quia oneratus eſt, Męuius non item, quia

quartã habet, idq; inſtitutorũ cõputatio pati videtur, ſed quoniã legatorũ à pupillo cũ his quę à ſubſtituto debẽtur contributio fit, propter calculi cõfuſionẽ ob hæc quę ex pupilli perſona debuit quartã deſiderat, licet portio largiatur eius, & hoc eſt quod ait Papinianus in omnibus & ipſum Falcidiã habiturũ, i. tam in his quæ vt inſtitutus ex ſe, quàm vt ſubſtitutus pupillo debuit, l. in ratione §. ſi filio ff. ad leg. Falc. quod apertius Caius explicat, in l. ſi is qui quadringenta ff. eo. idem dicendum eſt, ſi duobus impuberibus aliquis fuerit ſubſtitutus, quibus ex defuncti iudicio ſuccedat, nam eorum patrimonia confundi neceſſe eſt, vt vna tantum detrahatur Falcidia, l. pater §. fin ff. ad leg. Falc. l. qui duos ff. de vulg. Porro cum impuberi ſubſtitutus, idem quoque à patre cohęres datus inuenitur, plurimum referre

adnotamus, an ab ipſo relicta ſint, vt contributioni & confuſioni locus ſit, itaque ſi legatis pupilli hæreditas non ſufficiat, de ſuo quadrante ſubſtitutus dare debeat, quando inquit Papinianus pater legauit de ſuo, l. in ratione §. quod vulgo §. quæſitum ff. ad leg. Falc. quoniã vtraque portio ex ſucceſſione patris obuenit, quod ſi ab impubere nominatim legatum fuerit, non ampliora debet ſubſtitutus quàm quibus pupillus aſtringẽdus foret, qui nihil amplius quàm ſemiſſis dodrantẽ prę ſtatur⁹ fuerat, nec ſubſtitutus portionẽ ſuã cũ hoc ſemiſſe confundet, quia non ex ſe ſed ex pupillo debuit, l. qui fundũ §. ſi vero patri ff. ad leg. Falcid.

CAP. 10.

1. Hæres à legatarijs & fideicõmiſſario uniuerſali quartã Pegaſianã detrahit.

2. Explicata l. 2. & 3. §. 1. ff. ad SC. Trebell.

3 *Iuliani & Marcelli notatus diſſenſus.*
4 *Quo modo accipiatur fideicommiſſarium in locum hæredis ſubſtitutum eſſe.*

MARCELLVS qui ad Iulianũ notas conſcripſit, in hac ſpecie aduerſus ipſum diſputat, ſi is qui quadringenta in bonis habebat, ad hęredis onus Titio trecenta legata eſſe voluit, eúmque de reſtituenda Męuio hęreditate rogauit, quid fideicommiſſario [1] debeatur, quaque ratione inter hunc & legatarium diſtribuenda ſit defuncti ſucceſſio: Et quidẽ nihil ex fideicommiſſo deberi dici poterat, quia cùm ex quadringentis hęres centum pro Pegaſiana ſit retenturus, quam nec teſtator minuere poterit, l. quod de bonis §. 1. ff. ad leg. Falc. de trecentis quę ſuperſunt diſpoſuiſſe tantùm videbitur, & hęc integra lega-

tarius à fideicommiſſario petiturus eſt, l. 1. §. ſi is qui §. fin. ff. ad SC. Trebell. nam & ab vtroq; quartam hæres ſolet accipere, l. Marcellus §. idem Pomponius ff. ad SC. Trebell. licet ipſe creditoribus pro rata tantùm obligetur, §. ſi quis de fidei, 2 hæred. In hac igitur ſpecie cùm nihil ex bonis defuncti ſit reliquum, inutile ac derriſorium alteri factum fideicõmiſſum videbitur, perinde ac ſi expleto aſſe in cętero quis hæredẽ inſtituat, l. interdum ff. de hæred. aut ſi is qui nullas habet ædes, domum legauerit, l. domus, ff. de lega. 1. Contrarium tamen Iulianus & cum eo reliqui cenſuerunt & aliquid fideicõmiſſario pręſtandũ, cùm eidẽ & legatario ab hęrede defunctꝰ dari voluit, hoc enim caſu legatorũ onus fideicõmiſſarij nõ dicitur, ſed perinde eſt ac ſi is qui quadringẽta ſolũ habebat, duobus ea varijs portionibus

reliquerit inter quos pro geometrica proportione neceſſario facienda ſit diſtributio, nec aliqua hęredis in ea ratio eſt, quia contra defuncti iudicium, per legem quartam ipſe retinet, itaque aduerſus eum vterque experiri debuit, ſic tamen vt quartã habeat, trecentorum tantum ſit diſpoſitio, quæ inter legatariũ & fideicõmiſſarium partienda ſit. [3] Sed qua ratione inter illos res ſit diuidenda, Marcellus à Iuliano diſſentit, hic putat in locum hęredis fiduciariũ ſubſtitutum, vt quod ille habiturus eſſet, alter habeat, ergo ſicut ex integris bonis quartam hæres percipit, ſic ex trecentis eadem fiduciario debeatur, ac in tantum legatis decedat, quocirca ex trecentis ſeptuaginta quinque habiturus ſit fideicommiſſarius, vt ex quadringentis centum hęres eſt retenturus: Quæ diuiſionis ratio Marcello non placuit, cuius

hę quidem diſſentionis cauſæ eſſe poterant, quoniam teſtatorem fideicommiſſarium in quartam ſubſtituiſſe non eſt vero ſimile, de qua nullo modo ipſum cogitaſſe dici poterit, cùm aduerſus ipſius voluntatem præſtetur, l. Titia, ff. ad leg. Falcid. Præterea nondum in quarta hæres eſt, ſed ex ſolido fuerat inſtitutus, ideóque tantundem fideicōmiſſario defunctus præſtari voluit, cùm in illius locum hunc ſuffecerit, ſiquidem quartæ diminutio Senatuſconſulti eſt, non teſtatoris, ergo integra quadringenta habere illum oportuit, legatario vero trecenta tantùm dari voluit, quod cùm fieri non poſſit, ab eo qui ſola quadringenta reliquerit, quorum etiam centum neceſſario apud hæredem ſunt
4 remanſſura, verior & neceſſaria eſt Marcelli diſtributio, vt in ſeptem partes trecenta quę deducta ab hęre-

de quarta, ſuperſunt ſcindātur, quarum quatuor fideicommiſſarius laturus ſit, tres legatarius habeat, idq; Geometrica conſtituta deceſſione, nec ſimile eſt quod dicimus expleto aſſe, ſi in reliquo quis inſtituatur, inutilem hæredem fore, diuerſa enim ſpecies hæc eſt à diſputatione noſtra, in qua quod vtrique relictū eſt teſtator habuit, nam & quadringenta in bonis erant, quæ fideicommiſſario reſtitui voluit, & in his trecenta continebantur quæ legauerat, vtrumque etiam pariter, vt non alter ab altero acceperit, vnde eius minueretur portio, ſed vterque ab hærede vindicaret, qui cum ex lege primo ſibi quartam ſit retenturus, reliqua inter legatarium & fideicommiſſarium prout à teſtatore iuſſus eſt partiri debeat, ex quo vtrique pariter non ex cętero relictum eſt, quin iure fideicommiſſarius legatario prior

quidem, licet nunquam potior habeatur, quia legata exſoluturus eſſet, ſi non in eo loco ab hærede teſtator præſtari iuſſiſſet, & iſta eſt iudicio meo vera & germana interpręt atio, l. 2. & 3. §. 1. ff ad SC. Trebell.

PETRI BELOII IVRISCONSVLTI, ET IN SENESARCHIA THOLOſana Regij Conſiliarij meritiſſ. Variorum iuris Ciuilis.

LIBER QVARTVS.

CAPVT PRIMVM.

1. *Quando à momento tempus conſiderandum eſt.*
2. *Quando dies cœptus eſt pro completo.*
3. *Dies naturales & ciuiles quo modo accipiantur.*
4. *Obligationes ex die & in diem quemadmodum differant.*

LABORANT noſtri plurimum in eo quod ab Vlpiano reſponſum eſt, in vſucapionibus non à momento ad momentum, ſed totum poſtremum dié

computari,l. in vſucapionibus, ff. de vſucap. l. in vſucapione,ff.de diuerſ. & tempor. præſcrip. quod alijs quoque pluribus exẽplis oſtendunt, quibus [1] cœptum tempus pro completo eſt: cùm tamen apud Paulum certum ſit, in omnibus temporalib⁹ actionibus niſi nouiſſimus dies cõpleatur obligationem non finiri,l. in omnibus, ff. de diuerſ. & temporal. præſcript. quod in reſtitutione minoribus conceſſa,item varijs Pandectarum locis confirmari poterit, quę quidem omnia Accurſ. Bart. & alij veteres ita diſtingunt, vt fauorem ab odioſa cauſa ſeparandum exiſtimẽt: Quod pluribus Connanus reprobat, lib.3.commentario.cap.12.vbi putat ipſe alio modo naturaliter hanc rem accipi, vt momentorum ratio ſit, altero ciuiliter vt cœptus dies pro cõpleto habeatur. Quod nihil eſt iudicio meo, ſed illud quęrimus, cur ciui-

liter aut legibus noſtris in quibuſdã momenta computemus, in cæteris cœptum tempus [2] eſſe ſatis ſit. Qua in re quæ mihi admodum difficilis videtur conſtituo, repetendum eſſe quod de obligationibus dicitur, earum quæ diem habent duplicem cõditionem eſſe, quia vel ex die, vel in diem cõſtituantur, l. obligationum fere, §.1. ff. de actio. & obliga. & priorum eam eſſe naturam, vt ante diem non exigatur, quoniam ex eo demũ naſcatur obligatio, ſic tamen vt cùm ſemel dies venerit, quacunque eius parte peti poſſit, eius exemplo qui duodecimo anno liber eſſe iuſſus eſt, vt quantumlibet ex duodecimo anno veniſſet, aut præterijſſet liber eſſe poſſit, quia omnibus anni diebus liber eſſe ſit iuſſus. Poſteriorum ea ſit ratio, vt cùm in diem dilatæ ſint, niſi integro præterito quicquam nõ debeatur, l. ſi ita fuerit, ff. de manumiſſ.

teſtamen. l. quoties in diem, ff. de verb.obligat. quoniam verum eſt in diem dilata obligatione, cũ qui poſtremo die agit adhuc contra legem facere, quia ſi reus poſtrema diei parte ſoluerit, certum eſt intra diem ſoluiſſe, & hoc eſt quod dicitur, minorem adhuc videri qui vſque ad poſtremum momentum vigeſimum quintum annum non impleuerit, l. 3. §. minorem, ff. de minorib. & in actionibus temporalibus, momenta conſiderari, quia verum eſt eum qui poſtremo anni die agit, intra annum egiſſe, eadémque ratio eſt cur ſi cui relictum fuerit cùm ad annum decimum ſextum perueniſſet, tempus compleri neceſſarium ſit, l. non putabam ff. de cond. & demonſtra. l. penult. C. quand. die leg. ced. l. ſi cui ff. [3] de lega. 1. quia hæc omnia in diem dilata fuerint: conſtat enim ius ſingulare

in perſona liberorum conſtitutum eſſe, & æquitate rei motum Adrianum Imperatorem apud Paulum aliter decreuiſſe, in l. qui filium §. Fabius Antoninus, ff. ad SC. Trebell. quòd in conſequentiam trahi non potuit, l. ius ſingulare ff. de legib. aliud eſt igitur ſi ex die aliquid conſtituatur, veluti cautum eſt ex quo quis pubes eſt vt teſtari poſſit, l. qua ętate ff. de teſtamen. vel ſi minor nõ ſit viginti annis, ſeruos manumittat, ſic etiam minores vinginti quinque prohibentur ad honores promoueri, l. ad rempublicam ff. de muner. & honor. & ex quo quis rem alienam per conſtitutum tempus poſſederit, vſu dominus eſſe incipiat, l. 1. ff. + de vſuca. in his enim omnibus nõ in diẽ obligatio confertur, vt integras eius partes perfici deſideremus, ſed ex die ius naſcitur, vt ante diem non feciſſe ſatis ſit, & hoc eſt quod dicitur

maioribus viginti annis permiſſum non eſſe vt manumittant, ſed tâtùm minoribus vetitum eſſe, l. 1. ff. de manumiſſ. at verum non eſt minores eſſe in eo quod ex die gignitur, qui poſtremum diem incoauerint, quoniá aliquid ante fieri ſolum prohibeatur, l. ſi ita fuerit, ff. de manumiſſ. teſtam. cùm tamen in obligationibus in diem, momenta computari moris ſit, vel quia reorum gratia dies additur, l. qui hoc anno ff. de verb. obliga. aut quia cùm in diem actio prolata eſt, qui poſtremo temporis momento agit intra diem egiſſe videbitur, vt nihil ei poſſit imputari, l. in omnibus, ff. de diuerſ. & tempor. præſcrip. quo ſenſu ſi varia hæc reſponſa acceperis, inter ſe conuenire videbuntur.

CAP. 2.

1. *An de priuatis criminibus tranſigere liceat.*

2. *Quid in publicis quæ pœnam ſanguinis non habent.*
3. *In his quæ habent quatenus & quare tranſactio liceat.*
4. *Calumniator qui de capitali crimine tranſigit, rectè facit ob caput ſuum.*
5. *Quando poſt rei mortem de crimine quæratur.*
6. *Explicata, l.2 ff. de bon.eor.qui ante ſent.mort.ſibi.*
7. *Item enodata, l.eius, § .1.ff.de iur.fiſc.*
8. *Quando corruptus aduerſarius dicatur.*

CRIMINVM quædam priuata ſunt, alia publica, in prioribus hæc erit regula, nè cui de his paciſci liceat, l.4.§.fin. ff.de his [1] qui not. infam. quod eſt accipiendum ſi depactus ſit, i. turpiter pactus, data pecunia vt aduerſarium corrumpat, l.4 ff.de calumnia.l.furti §.1.ff.de his qui notan. infam. quod

etiam in fiſcalibus cauſis recipitur, l. in fiſci l. Imperatores ff. de iur. fiſc. alioquin infamis eſt, & pro confeſſo qui pactus fuerit, l. fin. ff. de præuar. ergo aliud eſt ſi nullo accepto, ſed precibus exoratus crimen hoc actor remiſerit, l. ſi tibi §. quædam ff. de pact. Idemque ſi non criminaliter, ſed ex ciuili damno conqueratur, & ciuiliter egerit, l. poſt deciſionem, C. de furt. l. interdum §. qui tutelam ff. eo. quo modo hęc quæque crimina moueri poſſe non dubitatur, l. fin. ff. de furt. l. fin. ff. de iniur.[2] Porro in publicis criminibus quæ pœnā ſanguinis non ingerunt, idem per omnia conſtituitur, in l. tranſigere C. de tranſact. l. ſiquidem C. de contrah. & committ. ſtipul. quoniam hęc vindicari vigor publicę diſciplinę exigit, l. licitatio, §. quod illicitè ff. de publica. & Vectig. At in his omnibus intelligendū eſt tranſactionibus quidē in-

terdictũ nõ eſſe ſed corruptionibus, & ſordidis cõcuſſionibus, l.1.§. ſed & conſtitutio ff. de calũnia. quã ob rem nõ prohibetur innocẽs, quique; ſcæleris nullã habet conſcientiã, ab inanibus ſeſe vexationibus redimere, l. ſerui ob C. ad leg. Iul. de adul. quoniã verecunda eius cogitatio eſſe dicitur qui lites execratur, & re ſua carere maluit, quàm ſi ob illã diutius ſe vexari paſſus fuerit, l. itẽ §. 1. ff. de aliena. iud. mutand. cauſ. fact. Quod[3] ſi ea ſint crimina quæ vltimo ſupplicio reum afficiãt, ſanguinẽ ſuũ quoquo modo redimere non prohiberi ſæpè reſcriptũ eſt, l. trãſigere, C. de trãſact. etiã ſi aduerſariũ corrũpat, l. 1. ff. de bon. eor. qui ant. sẽt. mort. ſibi cõſciuer. quod nõ ita accipiendũ eſt, vt iſtud lege liceat, ſed non equidẽ prohibeatur, nã quoties de vita periclitantur, cũ nihil non audeãt homines, prudentis fuit legiſlatoris id potius conniuentibus

oculis pręterire, quàm prohibendo aut periurijs, cæteriſque malis artibꝰ anſam præſcribere, vel amplius etiã iuris decreta quæ effectum non ſint habitura conſtituere. Item hoc eſt explicandum, vt de crimine quidem amplius non quæratur, ſed ſi pecuniaria itidem cauſa vertatur, vt quia de bonis fiſco addicēdis, quæſtio ſit, eam adhuc extinctam non eſſe putem, nec ſane nouum eſt crimen extingui, fiſcalem vero quæſtionem adhuc verti poſſe, l. Caius ff. ad SC. Sillania l. Luciꝰ, ff. de iur. fiſc. l. 3. C. ſi
4 pēdent. appella. eaque ratio eſt cur velint noſtri accuſatorem qui ab hoc crimine deſtitit, pœna talionis quę & ipſa capitalis eſſet futura liberari, & ita ex eius quoque parte valere cōpoſitionem, pecuniaria vero Turpiliani SC. mulcta illū nō exui, l. ab accuſatione, ff. ad SC. Turp. nec nouū eſt actum valere, eius tamen autho-

rem plecti, quod in iureiurando ſatis oſtenditur, poſt quod emiſſum non amplius de lite quęritur, ſed periurus nihilominus vindicatur, l. ſi duo, §. fin. ff. de iureiur. ſic liberta quę ab inuito patrono diuertit, vxor non eſt, nullá tamen diuortij cauſa actionem habet, l. fin. ff. de diuor. Et vt ad rem noſtram redeam hæc eſt occaſio qua ſtatim poſtquàm Vlpianus reſponderit, accuſato licere aduerſariũ corrumpere, eoque modo crimẽ extingui, Macer addiderit ab Imp. Seuero & Antonino reſcriptum fuiſſe, rationis eſſe eos qui in latronibus eſſent nominati, & corruptis accuſatoribus diem ſuum obijſſent, [f] vt confeſſos de crimine non relinquere hęredibus deffenſſionẽ, quod non alio in l. 2. ff. de bon. eor. qui ant. ſenten. pertinet, quàm ſi de bonis fiſco applicandis quęrendum ſit, alioquin enim crimen morte rei fuiſſe extin-

ctũ notum eſt, l. 1. C. ſi reus vel accuſa. mort. fuer. cęterum hęc non aliter hęredibus auferũtur, quàm ſi de crimine probatum fuerit, vt etiã his defunctorũ innocentiã purgare liceat, l. fin. §. fin. ff. de bon. eor. qui ant. ſent. mort. ſibi conſciuer. at vero voluit Marcian⁹ eũ qui trãſactione fortaſſis habita corruptis accuſatorib⁹ deceſſiſſet, licet crimen extinctũ ſit, tamen tanquã confeſſum (quo modo rectè probatũ crimẽ fatebimur) nullã hęredib⁹ relinquere deffenſionẽ, quominus fiſco bona dẽtur, nã licet ob pœnam aduerſarium corrumpere licuerit, fiſcale tamen ius abſorbere reus ipſe non potuit, l. inter creditorem, ff. de pact. quocirca nocet adhuc corruptio vt pro confeſſo ſit in fiſcali cauſa, quod in crimine quoque nociturum erat, ſi non tale fuiſſet in quo accuſatorem corrumpere licuerit, l. fin. ff. de præuaric. Hoc tamen

quod ex Marciano dico, bonorum queſtionem poſt corruptionem durare verum eſt, ſi iam fiſco ius queri cœperit, quia ſcilicet in lite & accuſatione ac poſtquàm reus ipſe delatus eſt aduerſariũ corruperit, nam hoc caſu ſi non tale genus fuiſſet criminis ex quo ſe corrumpi paſſus eſt qui deſtitiſſet, pœna talionis ‘ vindicaretur, l. 2. C. de abolit. Aliter atque ſi ante litem motam, libello etiam principi dato ſe accuſaturum eſſet proteſtatus, l. queſitum, ff. eodem, quoniam ex hoc agere quidem ſe velle minatus eſt, non adhuc tamen egit, l. quamuis ff. de in ius vocand. l. amplius ff. rem rat. haber. nec videbitur deſtitiſſe qui non egerit, l. deſtitiſſe, ff. de iudic. quo eodem caſu ſi reus corrupto aduerſario decedat, bona hæredibus auferenda non ſunt, quia nec

poſt mortem deferri potuit, ideoque nec fiſcus aliquid iuris habere cenſendus eſt, ſi non tale crimen ſit quod etiam poſt mortẽ incoari poſſit, veluti maieſtatis, l. ex iudiciorum ff. de accuſa. l. quæſitum, ff. qui & à quib. & hoc eſt quod ait Vlpianus, non exinde cauſam perire ex quo redẽpta eſt, l. eius §. 1. ff. de iur. fiſc. ſed primo neceſſe eſt, ex corruptione ius aliquod fiſco quęri, veluti quia in ipſa lite per tranſactionem qua confeſſio continetur facta fuerit, ante enim licet reus tranſegerit, & futurum aduerſarium corruperit, nihil fiſco debebitur, quia ſine accuſatore criminis damnari nemo potuit, l. reus, §. fin. ff. de muner. & honor. Item quoque prius de ſordibus ipſis & præuaricatione conſtare oportuit, aut ſaltem de ea quęrenda litem agitari, antequàm bona fiſco dentur, quia ius hinc ei naſcitur, & hæc eſt conſidera-

tio cur in ſpecie l. eius §. 1. ff. de iur. fiſc. pœna aduerſarij redempti ad hæredes non pertineat, cùm enim ibi corruptus ex eo delator diceretur, quod præuaricatus eſſet, & pecunia corruptus reum abſolui paſſus fuerit, ſententia [7] pro veritate eſt, itaque non potuit reus viuens iterum accuſari, niſi prius de actoris præuaricatione quæreretur, l. præuaricationis ff. de præuar. l. eum qui §. in popularibus ff. de iureiur. Multominus ergo in hæredes eſt pœna tranſitura, ſi non prius de crimine pronuncietur, aut ſaltem de retractanda cauſa, quæ ſemel per accuſatoris corruptelam iudicata dicitur quęſtio cœperit, quo caſu cauſę reſtitutio etiam hæredibus permittitur, & prioris iudicati deffenſſio danda eſt, quoniam adhuc in ea ſpecie corruptum fuiſſe aduerſarium non appareat quod potiſſimum deſideramus, vt hęredibus def-

fenſſio negetur, & hæc duo ſimul Marcianus cenſuit, cùm poſt in latronibus factam nominationẽ corruptum aduerſarium fuiſſe ſcribit, quibus verbis apparet iam inter reos delatum cùm de corruptione accuſatoris, veluti ex confeſſione conſtitiſſet, eum deceſſiſſe, in l. 2. ff. de bon. eor. qui ant. ſent. mort. ſib conſciuer.

CAP. 3.

1. Per adoptionem nec auunculus fit, nec matertera.

2. Sola agnatio per adoptionem naſcitur.

3. Nemo tanquàm ex filia natus adoptari poteſt.

4. Explicata l. ſi qua §. adoptiuæ, & l. per adoptionẽ §. amitam ff. de rit. nupt.

5. Relictum teſtamento tutoris qui pupillam duxit an huic auferatur.

6. Explicata l. Vxori, ff. de vſufruct. legato.

7. R-

7. *Relictum filio vt filio ſi non ſit, an debeatur.*

MAXIMVM eſt diſſidium inter. Vlpian. & Caium in l. ſi qua §. adoptiuę & l. per adoptionem §. amitam ff. de rit. nupt. in prima Vlpianus ait, adoptiuæ ſororis filiam ideo me poſſe vxorem ducere, quia cognata mea non ſit filia eius, eo quod auũculus nemo fit per adoptionem, in altera Caius reſpondit materteram & amitam magnam duci nõ poſſe, etſi per adoptionem nobis coniunctæ ſint, quaſi vero matertera per adoptionem fiat, cùm non poſſit auũculus, & in ea eadem ſit ratio. Qua in re putat [1] Accurſi[9] aliquo caſu auunculum aut materteram per adoptionem fieri, & huius doctrinæ duo exempla refert: Primum eſt ſi filiam habeam, & ex ea nepotem, quẽ vt ex altero filio natum adoptem, tãdem mihi alium quoque filium adſi-

ſcam, putat ipſe illo caſu hunc tanquam filium adoptatum auunculum eſſe nepoti, in adoptionem accepto, qui mihi natus ex filia fuerat, & Accurſij ratio eſſe poterit, quia hic filius adoptatus, eſt frater adoptiuus matris naturalis huiuſce nepotis, & ideo illum auunculũ fieri hoc modo poſſe putat. Sed ſane labitur, nã in hoc adoptionis iure, ex eadem cauſa perſonas coniungi neceſſe eſt, vt agnati per adoptionem appellentur, hîc duplex eſt, vna naturæ, altera adoptionis ratio, nam nepos iſte hunc filium adoptatum non poteſt contingere niſi per adoptionem, quo caſu mater eius non conſideratur, per quam adoptato filio fieret cõtra legum præſcripta [2] non agnatus vt debuit, l. qui in adoptionem, ff. de adopt. ſed cognatus, §. 1. de legit. agnat. tut. licet enim hic tãquàm filius adoptatus agnatus matri nepotis ſit, illi tamen cognatus eſſet,

præterquàm ſi in ſpecie ab Accurſio propoſita, hunc nepotem tanquam adoptatum vt ex altero filio natum cōſideres, quo caſu hic filius adoptatus patruus erit nepoti, non auunculus. Alterum gloſæ exemplum priore peius eſt: Si habeam inquit duas filias, & tanquàm ex altera nepotem adoptem, alteram nepoti matertera eſſe iudicat. At exemplū tale falſum eſt, quia hic nepos alteram filiam nō poteſt contingere niſi per matrem, ergo cognatū ei fore neceſſe eſt, nec verū erit quod lege accepimus, agnationem tantùm per adoptionem acquiri: Et quidem vt hanc ſuam ſentētiam tueatur nobis obſeruandus Accurſius, aliud noſtris legibus inauditū docet, licere[3] patri familias nepotem vt ex filia natum adoptare, quia eadem vt ipſe putat ſit cum filio ratio, tùm quia non tanquàm auus, ſed vt extraneus hoc faciat, l. ſi pater §.

qui duos ff. de adop. Sed ſane iſtud mihi perſuadere non poſſum, nec vero ſimile eſt diſſimulaturos hos ſi verũ fuerit, quinimo cenſeo illud omnino iuris regulis aduerſari, ex quibus certum ſit, per adoptionem filios in poteſtate fieri, hic autem tãquàm ex filia natus, nec in ſacris cùm adoptio naturam imitetur, ex qua natus ex filia in poteſtate aui materni non naſcitur, nec quod minus erit agnatus auo futurus eſt, vnde patet diuerſiſſimam eſſe rationẽ ab eo qui quaſi ex filio natum adoptauerit, nec iſtud tanquam extraneus poteſt, cùm naturæ adoptionis aduerſetur, aliter atque in §. qui duos quem gloſa citat, in quo vniuerſę adoptionis leges obſeruatæ ſunt, & auus ibidem tãquàm extrane⁹ dicitur nepotem adoptare, ne videatur actum agere, cùm hic nepos eſſet ex altero filio, ſed quia ab auo emancipatus fuerat, ideò tanquã

ex altero ſuſceptũ adoptat vt extraneus, quia emãcipato tanquàm auus conſiderari nõ poterat. Ergo vt implacabiles illos locos conciliem, puto verũ eſſe quod Haloander ex Florentinarum Pandectarum authoritate docet, apud Caium loco materteræ legẽdum eſſe Amitã, quam per adoptionẽ fieri poſſe nõ ambigitur. Cæterum antequam illum tractatum de ritu nuptiarum egrediar; videndum eſt quemadmodum accipiendum ſit quod eſt apud Papinianum in eodẽ titulo, in quo cũ præceptore ſuo Seruidio Scæuola non ſatis cõſentire videtur, ſi pupilla tutori nupſerit, vel prouincialis, præfecto, an ei ſit auferendũ quod tutoris, aut magiſtratus teſtamẽto relictum eſt, & putat ipſe mulierem conſecuturam, l. præfectus ff. de rit. nup. cui Marcell9 cõſentit, & aliud eſſe cenſet ſi tutori, aut præſidi aliquid ex mulieris teſtamẽto obuc-

nerit, vt eis auferatur, aut fiſco applicetur, quia deliquerint, l. fin. ff. de leg. 1 l. 2. ff de his quib. vt indig. in eadem tamē ſpecie Scęuola repetituros hęredes reſpondit, quod maritus vxori donauerat cùm illicitum matrimonium pronunciatū eſſet, l. vxori maritus, ff. de vſufr. leg. Accurſius & cæteri ſcientem ab ignorante nuptias illicitas diſtingūt: Sed hoc verbis legis non cōgruit, quinimo ait lex deceptam eſſe à tutore aut præſide mulierem, in l. fin. ff. de lega. 1. nam & facile iuris ignorantiam ob ſexus fragilitatē remittimus, l. cū de indebito, ff. de proba. Poſtremis tamē temporibus à Valent. & Gratia. conſtitutū eſſe non nego, fiſco donata addici ſi mulierem non ignoraſſe cōpertum fuerit, l. qui contra C. de inceſt. nupt. quod in donatione quidem & lucro reſcriptum eſt, dotem vero ipſi reſtituēdam adhuc exiſtimo, l. præfectus

ff. de ritu nupt. & l. dote ff. eo. licet ibidem gloſa aliter exiſtimet. At vero vt Scæuolam Papiniano cōciliem, dico; plurimū intereſſe an ſimpliciter quāuis affectione maritali legauerit, vt eo caſu relictum ſit habitura mulier, l. præfectus ff. de rit. nupt. cum ſimilib. quia illam decepit, & vxorem iuſtam non fuiſſe ſciſſe præſumitur, ſicuti quē fraterno amore diligimus, ſi hæredem inſtituamus, etiam charitate fraterna rectè poſſumus, l. nemo §. 1. ff. de hæred. inſtituend. Sed ſi vt vxori maritus legauit, ac illicitū matrimonium iudicetur, ex quo nec dos nec donatio eſſe poſſit, §. ſi aduerſus de nup. apud Iuſtinia. habitura non eſt, l. vxori ff. de vſufru. lega. nā nec ea petere licebit, l. ea quę C. de dona. aut nupt. & Vlpianus donationem vt in ſponſalibus ab iniuſto ſponſo factā auferri & fiſco deberi arbitratur, l. cū hic ſtat⁹ §. fin. ff. de dona. int. vir. codē

modo.ſi quem filium aut fratrem eſſe [7] putabam,vt talem inſtituerim, ſi nõ ſit,inutilis erit inſtitutio,l. neque profeſſio C. de teſtam.l.ſi pater,l. nec apud C.de hæred.inſtit.Sed & quæſo in ſpecie noſtra cur apud Scæuolam poſt mortẽ mariti de illicito matrimonio quærendum aut iudicandum fuit? niſi quia hęredes teſtatorem erraſſe aſſererent, & vxori maritum legaſſe,cùm non fuiſſet vxor, itaque cũ iudicatum fuerit coniugi datum, iuſtè repetitur,quaſi ſine cauſa apud illam ſit, quæ vxor non eſt,l.cum tale § falſam,ff.de cond. & demonſtr. l.1. C.de falſ.cauſ.adiect.legat.l.1.ff. de condict.ſine cauſ.

CAP. 4.

1. *Dos profectitia & aduentitia quo modo differant.*
2. *Quatenus pactum de dote alteri reſtituenda valeat.*
3. *Aliud eſſe pactum de non petẽda dote,*

aliud adhibere alterũ qui ſibi ſtipuletur.
4. *Conſiliatio l. 2. §. 1. ff. ſolu. matr. cum l. cum dos §. ſi filia ff. de pact. dotal.*

Dos aut profectitia vel aduẽtitia eſt, profectitiam appellant quam non ius poteſtatis ſed parentis nomen facere dicitur, aduẽtitiam quæ aliunde contigit, l. profectitia ff. de iur. dot. Varij quoq; effectus vtriuſque notantur:[1] Primus quia dos à patre profecta ei reſtituẽda eſt, mortua in matrimonio filia, l. dos à patre C. ſolu. matri. vt quintas pro ſingulis liberis maritus tantũ retinere poſſit, aduentitia marito quæritur, l. Celsꝰ ff. de releg. l. 5. ff. de bon. dãn. l. mulier, ff. de condit. inſtit. præterquam ſi de ea recipiẽda aliud cautum fuerit, quo modo receptitia dos appellatur l. mortis §. 1. ff. de dona. cauſ. mort. item profectitia cõmunis eſt patri & filię famil. per Tribonia-

nũ in,l.2.§.1. ff. ſolu. matrim.licet alij hoc falſum exiſtiment ex Vlpiano in fragment.inſtitu.ſuar.tit. de dot. in aduentitia iuſtam agendi perſonam mulierem habere noſtri putant, eo quòd eius capacem eſſe Papinianus exiſtimet,in l. Pomponius Philadelphus ff.famil.herciſc. Tertio quia per legem dos filiæ proprium patrimonium appellatur,l.3.§.ſed vtrum ff. de minor. & extra patris bona eſſe exiſtimatur, l. fin. ff. de colla. dot., quin per legem dotem filiæ dare pater cogatur,l. qui liberos ff. de rit.nup.l.ſin. C.de dot.promiſſ. nõ poterit aliquid etiam in danda dote pater ex iure filiæ quæſito immutare, ſi non id per ſtipulationem fecerit, l. quoties ff. ſolu.matrimo.cùm tamen ſi dotem [a] extraneus conſtituat,pro arbitrio vt alteri reſtituatur paciſci ſoleat,l. auia l.ſi dotem C. de iur.dot.l.1.C.de pact. conuent.ſi modo hic quoque cui pa-

ctum velit ſibi fuerit ſtipulatus, l.cũ patrẽ C.de Iur.dot. l.ſi tibi §.ſi pactus ff. de pact. quod neceſſe eſt niſi vel hæres ſit cui pactũ defuncti prodeſt, l. ſi pactum ff. de probat. vel eos maxima neceſſitudinis ratio coniungat, l.pactum,l.pater pro filia C. de pact. cõuen.l. & hęredi §.Iulianus quoque ff.de pact. Poſt datam vero dotẽ nullo caſu mulieri quæſita auferri poterit, in profectitia reſpõſum eſt, ſi pactum poſtea fiat vtriuſque voluntatem exigi, quocirca ſolius patris conuentio filię non nocet, item nec filiæ pactio quæ nocitura quidem ei eſt, patri oberit, niſi adiuncta filiæ perſona agere contendat, quo modo non recte acturum illum eſt apud Pomponium, in l.cum dos §. ſi filia, ff. de pact. dotal. cui Vlpianus ex diametro videtur aduerſari, in l.2. §.quod ſi in patris ff.ſolu. matrim. vbi nec amiſſam eſſe actionem putat quam pater

adiuncta filię perſona habere poteſt, quod varijs modis DD. explicant, quorũ ſententias quas improbato[3] referre non eſt inſtituti: itaque longe diuerſas eſſe vtriuſque quęſtiones liquidô ſubtiliter intuenti conſtabit, nam apud Pomponium mulier ita pacta eſt vt ſibi noceat, veluti quia de non petenda quandoque dote pactũ fecerit, quod poteſt, l. & hæredi §. filiafamilias ff. de pact. Mirum non eſt igitur ſi eo caſu pater adiuncta filiæ perſona agere non valeat, cum huic nullum agendi ius competat, & pacti exceptione repelli poſſit, apud Vlpianum non quidem dotis actionem remiſit, ſed alterum tantũ cui promitteretur adhibuit, cuique mandauit vt à marito ſtipularetur, quod expreſſis verbis legis contineri negare nõ poſſumus, qua in ſpecie omnino ius ſuũ donaſſe & remiſiſſe mulier non videbitur, nã & quoquo modo eam pęni-

tuiſſe conſtet reuocare poterit, l. cùm quis decedens §. nuptura ff. de lega. 3. l. cum patrem C. de iur. dot. not. in l. Seia ff. de aliment. lega. vnde non eſt abſurdum, ſi eo caſu pater adiuncta filię perſona agere poſſit, quia mulier agenti patri non diſſentiens conſentire & mandatū reuocare videbitur, l. 2 §. Voluntate ff. ſolu. matrim. l. ſed ea ff. de ſponſa. quod ſi ſui iuris fuerit facta filia; Itaque non poſſit ſuo nomine pater experiri, l. ſi cum dotem §. eo autem tempore ff. ſolu. matrim. ſed filiæ etiam ſine mandato liceat, vt illam tandem ratum habere ſatis ſit, l. ſed & hę ff. de procura. nocebit agēti patri iſta ſtipulatio, ex qua diſſenſus filiæ vtcumque appareat, non adhuc immutatus, l. filius §. inuitus ff. de procura.

CAP. 5.

1. *Dos æſtimata & inæſtimata quomodo differant.*
2. *Explicata ratio l. ex conuentione C. de pact.*
3. *Aliud eſt dotem inæſtimatam fieri, aliud vt certo prætio eadem reddatur. conuenire.*
4. *Conciliata l. 1. ſolu. matrimo. cum l. ſi mancipia ff. de iur. dot.*
5. *Dotis fructus an remitti poſſint.*
6. *Donatio fructuum & vſurarum quādo inter coniuges valeat.*

DOs vel inæſtimata aut æſtimata marito datur, duobus autē modis æſtimatio fit, priore vt[1] eodem prætio ſi deterior fiat reſtituatur, eoque nomine oneretur maritus, l. ſi inter virū C. de iur. dot. altero vt conuenti prætij reſtitutione ſoluto matrimonio liberari poſſit, l. quoties C. eo. Et qui-

dem inter hanc & inæſtimatam dotẽ hoc intereſt, quòd æſtimatio dominium in maritum transfert, vt ipſe veluti ex empto rem quæſiiſſe videatur, l. plerumque ff. de iur. dot. itaque omne rei periculum patiatur, l. cum dotem C. eo. Item in ea de euictione actio ſit alienationis exemplo, l. 1. C. de iur. dot. & ad omnium dotis conſtitutæ pactionum obſeruationem etiam heredibus mariti iudicium detur, quoniam eas obſeruare ipſorum intereſt, qui æſtimatione exſoluta rẽ ſibi retinere [2] poterunt, & ea ſubtilis admodum ratio eſt, l. ex conuentione C. de pact. aduerſus quam ex diametro pugnat. l. 1. C. ſine cenſ. vel reliqui. ſed cùm eiuſdem ſimilis ſit & inſcriptio & ſubſcriptio, iiſdemque verbis vtraque contexta legatur, verius eſt hanc ex illa emendandam eſſe, cui⁹ deciſio & iure & ratione ſumma nititur. Cæterum per contrarium

ineſtimatæ dotis periculum ad mulierem redundare verum eſt, quã tandem maritus ſoluto matrimonio reſtituit cũ ancillæ partu, ſi dotalis hæc fuerit, l. 1. §. cumque C. de rei vxor. act. quia hic in fructu non ſit, l. in pecudum ff. de vſur. cuius tantum percipiendi ius viro lege conceditur, l. pro oneribus, C. de iur. dot. l. dotis ff. eod. idemque eſt & ſi ab initio dos eſtimata data ſit, ſed tandem pacto conuenit vt fundus recipiatur, quoniam ab eſtimatione priori hac poſteriori pactione cõiuges receſſiſſe videntur, l. pacta nouiſſima C. de pact. & periculum mulieris eſſe incipit, l. ſi res §. 1. ff. de iur. dot. illudque dubium nõ eſſe Seuer. & Anton. reſcripſerunt, in l. 1. C. ſolu. matrimo. aliter atque ſi cum ſemel eſtimata dos fuiſſet, vt eodem pretio mancipia reſtituerentur conueniant, eo enim caſu mulier periculum nõ recipit, quia

ſi dete-

ſi deteriora fiant, mariti dāno res eſt ceſſura, quæ cauſa eſt cur Labeonem voluiſſe Iabolenus meminit, pro periculo partum ei relinquendum fore, l. penult. §. mancipia, ff. ſolu. matrim. l ſi [4] mancipia ff. de iur. dot. nam etſi dos æſtimata fuerit, vt tamen vel eius aut quantitatis recipiendæ facultas mulieri relinquatur, legem Iuliam de fundo dotali ad eam pertinere reſcriptum eſt, in l. 1. C. de fund. dotal. quoniam æſtimatio talis dominium vxori non abſtulit, aliter atque ſi viri electio fuiſſet l. plærumque §. fin. ff. de iur. dot. Supereſt altera de [5] dotibus diſputatio quæ explicatione indiget, An ſcilicet dotis fructus maritus coniugi donare poſſit, qua in re ſæpius reſponſum eſt non licere, l. pro oneribus C. de iur. dot. l. ſi fructus C. de donat. int. vir. quia nulla ſit dos quæ matrimonio non ſeruiat, l. ſi pater l. de-

tis fructus, ff. de iur. dot. aduerſatur, l. de fructibus ff. de dona. int. vir. l. fructus, ff. de vſur. quibus Iulianus & Vlpianus ſcribunt & fructuũ & vſurarum licitum eſſe inter cõiuges donationem, quod Accurſius & cæteri explicant vt rem dando fructus donare poſſit, hos vero ſolos nõ poſſit quod expreſſiſſimè literę refragatur, in qua de fructuum donatione quæritur. Quocirca verum eſt quod dico dotis fructus donari non poſſe, quia nulla dos eſt ſi fructus mariti non ſint, pręterquàm ſi mulier ſeſe aluerit, quo caſu ille nihil ex dote repetit, l. fructus C. de pact. conuen. l. dotis ff. de iur. dot. vel ſi conuenerit vt eos quidé maritus percipiat, ſed eorum tantùm vſuris fruatur, illi in dotem conuertantur, l. ſi conuenerit ff. de pact. dotal. aliarum quoque rerum quàm dotalium fructus donari inter coniuges poſſe nõ ambigitur, l. ſi quis pro vxo-

re, ff. de dona. int. vir. l. ſi id quod §. fin. l. vir vſuras ff. eo. quomodo accipiendam iudico, l de fructibus ff. de dona. int. vir. poſtquam & vſurę concedi & donari poterunt, lex annuo ff. de dona. int. vir. & vxor.

CAPVT 6.

1. *Species ex aliena materia conflata ad quem pertineat.*
2. *L. 6. §. de arbore & l. in rem, §. ſed & idem ff. de rei vend. explicatio.*
3. *Manus an re ipſa ſit præſtantior.*
4. *Mona. inueſtigatio dominij ſpeciei conflatæ.*
5. *Præſens rei cuiuſque ſtatus conſideratur.*

VETVS eſt noſtrorum diſputatio, dùm quærunt cuius ſit ſpecies ex aliena materia cõflata, vt ab eo vindicetur. Proculus &

Nerua eius qui fecerit eſſe dicebant, quoniã res noua & ſpecies quę nunquàm adhuc extiterit videatur, quã rationẽ Vlpianus ex Pomponio reddidit, [1] in l. 5. §. idem ſcribit ff. de rei vend. & hoc eſt quod idem exiſtimat mutata forma propè rei ſubſtantiam interimi l. Iulianus §. ſi quis rem ff. ad exhibend. & Marcellus libro ſingulari reſponſorum non putat legatũ vel fideicõmiſſum durare cũ id quod teſtamẽto dabatur in ſua ſpecie nõ permanſerit, quin omnino extinctum illud eſſe indicat in l. Seia ab hærede ff. de aur. & argen. lega, ideoque ſi ex meis tabulis nauem feciſſes, tuã nauẽ eſſe reſponſum eſt, quia cupreſſus nõ maneat, ſicut nec lana veſtimento facto, l. lana, ff. de le. 3. l. ſed etſi §. 1. ff. de acq. rer. dom. nã vt eleganter Caius li. 7. ad edictum ſcribit, & ex Sabino & Pedio refert, res abeſſe videntur etiã hæ quarum corpus durat, ſed forma

mutata eſt, l. mulieris §. 1. ff. de verb. ſignif. ſic vt in factũ actio veteri materiæ domino neceſſaria ſit ad eius ęſtimationẽ conſequendã, l. in rẽ §. item quæcũque ff. de rei. vend. Sabinus tamen & Caſſius magis naturalẽ rationẽ efficere putãt, vt qui prioris materię dominus fuerit, idẽ eius quoque quod ex eadẽ factũ ſit, dominus eſſe debeat, quoniã ſine ea nulla potuiſſet ſpecies cõflari, quæ eadẽ fermè ratio eſt cũ illa quã Vlp. adfert, ideo eũ qui ad reficiendã nauẽ pecuniã credidit cæteris præferendũ, quia hui⁹ pecunia toti⁹ pignoris cauſam ſaluã fecerit, l. interdũ l. ſeq. ff. qui potio. Sed & huc pertinet iuris antiqui regula, quã Celſus in libris. digeſt. memorat, meũ eſſe quod ex re mea ſupereſt, cuiusvẽdicãdi ius habeo, l. ſolũ §. meũ ff. de rei vẽd. Et hęc fortaſſis Minutij ſententia fuit quam Iulianus notat, in ea ſpecie qua voluit ipſe ſi quis ęx

aliena materia nauem fecerit, & vendicare licere, l. Minutius ff. de rei ven. eadem fuit Pauli ſententia, in l ſeru. fili, §. ſi pocula ff. de leg. Quorum omnium diſſidentes ſententias vt cõponãt reliqui, ſequuta eſt media ſententia exiſtimantium, ſi ſpecies ad materiam reduci poſſit. Verius eſſe quod Sabinus & Caſſius cenſuerunt, ſi non poſſit, Neruæ & Proculi ſequendam eſſe ſententiam, in l. adeo, §. cum quis ff. de acq. rer. domi. eamque generalem regulam præſcribit Paul' lib. 14. ad Sabinum, in l. in omnibus & l. ſeq. ff. eo. quam etiam Calliſtratus comprobat, ſi ex ære meo, & argento tuo conflata ſpecies fuerit vt noſtra non ſit communis, quia ab artificibus ſeparari, & in priſtinam materiam reduci ſoleat, in l. lacus, §. fin. ff. eo. quod idem Vlpianus ex Põponio putat, in l. idem Pomponius §. ſed ſi plumbum ff. de rei vend. & huc

I quoque refero quod legimus, ſi quis argẽtum legauerit, etiam illud quod factum eſt comprehẽdi, cum ſi marmor legatum eſſet, nihil præter rudẽ materiam demõſtratum videri poſſet, quippe ea quæ talis naturæ ſint vt ſæpius in ſua redigi initia poſſint, ea materię potentiæ victa nunquàm vires eius effugiunt, l. quęſitum eſt §. illud ff. de leg. 3. eadem quoque occaſio eſt cur apud Paulum lana legata veſtis quæ ex ea facta ſit non debeatur, ſed & materia legata nauis arma remũ ex ea factum non vindicetur, maſſa autem legata ſyphi ex ea facti poſſint exigi, l. lana. ff. de leg. 3. l. Quint⁹ in 2. ff. de aur. & arg. leg. quomodo etiam Tribonianus noſter hęc diſſidia componenda cenſuit in §. ſi quis de rer. diuiſ. lib. 2. inſtitu. nam & in cæteris vniuerſam ſequut⁹ eſt Caij diſputationẽ, in l. adeò ff. de acq. rer. domin. licet in pluribus diuerſarum

opinationũ nobis centones reliquerit, veluti cùm de arbore quæ in alieno ſolo radices egit vendicanda, Vari & Neruæ ſententiam refert, in l. 5. §. de arbore, ff. de rei vend. & de pictura in aliena tabula poſita, vt huic cedat illa quod ſine ea eſſe non poſſit, in l. in rem, §. ſed & id ff. eodẽ: in hac cauſa quam agimus Franciſcus Connanus mediam illam conſiliantium ſententiam improbat, lib. 3. cõment. cap. 6. & non alia ratione aliud alteri putat cedere, quàm quod tacita quadam lege datum ſit, vt potẽtiora imbecillioribus imperent, quod ex Platone pluribus edocet. Itaque putat ipſe plurimum intereſſe, nùm plus ſit in manu quàm in ipſa materia, vt minus maiori cedat, quod tamen perpetuum non inueniri Franc. Hotom. animaduertit in commentarijs inſtitut. & in libello cui Iuriſc. nomen dedit, quoniam poteſt accidere vt par

ſit artis atque materię æſtimatio: vnde putat ipſe differre plurimum, an res talis ſit quę in pondere numero & menſura verſetur, an vero certum corpus & ſpeciem definitam contineat, vt priore caſu quoniam res in genere functionem recipit, Materiæ adhuc cenſeatur dominus qui antea fuit, quoniam ſi tantundē ei præſtetur rem eādem habere videbitur. Sed obſcurius iſtud cuilibet rectè ſentiēti videbitur, nec ſatis ſibi conſtare iudicari poteſt, cùm enim de dominio ipſius ſpeciei factæ, & corporis conflati quęramus, vult ille in rebus fungibilib⁹ tātundē domino dari poſſe, quo modo eiuſdem ſpeciei illū dominū eſſe putat, quod inter ſe pugnare videtur, nullus etiā eſt q̃ dubitet, quin vel æſtimatio ipſi⁹ ſpeciei factę ſit materiæ domino rependenda, vel tantundem prętandū, ſi functionem in genere ſuo recipiat, vtroque tamē caſu

ſpeciem apud artificem remanſuram negare non poſſumus, cum tamen de ipſius retentione & vindicatione tota ſit noſtra diſputatio.[4] Ergo ſi à Iuriſconſultorum & Triboniani diſtinctione recedendũ ſit, cogitabam aliquando an dici poſſit, plurium intereſſe, nùm ex ſpecici cõfectione prioris materię ſubſtantia & ὕλη immutetur, an vero eadem permaneat, vt in priore dicamus eum qui fecerit dominum eſſe: quoniam eadem res manſiſſe videri nõ poteſt, cùm noua quædam ſubſtantia facta fuerit, vt puta ſi ex melle & vino factum ſit mulſum, ex argento & auro electum aut etiam æs conflatum, ex pluribus vnguentis aut coactis odoribus medicamentum compoſitum, nihil enim in his verè ſuum dicere poteſt prior dominus, cùm noua quędam ὕλη iſtius ſpeciei eſſe videatur, l. quicquid §. 1. ff. de acq. rer. dom. l. idem

Pomponius §. ſed ſi plumbũ ff. de rei vend. nam & idem corpus non eſſe Vlpian⁹ exiſtimat ſi materię οὐσία immutata fuerit, in l. in venditionibus, ff. de contrah. empt. ex Proculo, Seruio, & Labeonę, Paulus reſpondit, in quibus propria qualitas ſpectaretur, ſi quid additum erit, id toto cedere, l. ſed ſi meis §. 1. ff. de acq. rer. domin. Aliter eſt igitur ſi ſubſtantia & rei οὐσία non immutetur, nam etſi meam lanam feceris purpuram, nihilominus meã eſſe ait Labeo, d. l. ſed ſi meis §. 1. ff. de acq. rer. dom. eademque ratione reſponſum eſt, ſi ex lana furtiua veſtimenti fiat, ſubſtantiam ſpectari, & furtum fieri l. 4. §. ſi ex lana ff. de vſuca. & alibi Paulus ait, ſi quis ex vuis meis muſtum fecerit, vel ex oliuis oleum, vel ex lana veſtimentum, noſtrum eſſe quod ex re noſtra factũ eſt, in l. de eo § ſi quis ff. ad exhib. & hanc aliquando fuiſſe Vlpiani ac Põ-

ponij ſententiam cõijcere poſſumus, ex l. idem Pomponius §. 1. ff. de rei vend. & l. quicquid, §. 1. ff. de acq. rer. domin. quæ alioquin cum Caio & Triboniano pugnant implacabiliter, in l. adeo §. voluntas duorum ff. de acquir. rer. domin. & §. ſi duorum de rer. diuiſ. Non putem itaque conſiderari nùm ad priorem formam reduci poſſit necnè, ſed nouam οὐσίαν, & qualitatem, potius intueor, vt ex ea noua quædam res eſſe videatur, nec aliquid ex priſtina materia manſiſſe, cùm de præſenti ipſius operis dominio quærimus, in eóque magis illud quod eſt, quàm quod eſſe poſſit conſiderare debeat, ac præſentis ſtatus maior habeatur ratio, quod & alibi ſæpius iuris noſtri prudentes obſeruant, in l. inter ſtipulantem §. ſacram, ff. de verb. oblig. l. qui res §. aream ff. de ſolu.

CAP. 7.

1. *An petitor accepta litis æſtimatione rẽ poſſit ea refuſa repetere.*
2. *Æſtimatio rei aliquãdo culpã plectit.*
3. *Petitor accepta æſtimatione ad quid poſſeſſori tenetur.*
4. *Quibus caſibus litis æſtimatio poſſeſſorem dominum non facit.*
5. *Quibus caſibus ceſſis actionibus qui ceſſit agere poſſit.*

QVÆRVNT interpretes, an ſi litis æſtimationem actor ab eo à quo rem petebat exegerit, poſſit tamẽ ipſe reſtituta pecunia eandem repetere. Reſpondet Accurſ. quẽ alij ſequũtur malę fidei poſſeſſorem & furem à quo res petita eſt, etiã litis æſtimatione ſoluta à cæteris diſtinguendũ eſſe, vt ille quidẽ quãdocũq; rẽ poſſideat domino petẽti reſtituat, reliqui nõ ita cogantur, q̃ nũquã ex fraude & dolo ſuo obligati fuerint

ſed culpa fortaſſis ob rem amiſſam eos aſtrinxerit. Cęterũ huic reſponſo conuenire non poteſt quod ex lege Rhodia de iactu accepimus, [1] ſi res quę iactę ſunt apparuerint, & iã contributio facta ſit, eos qui ſoluerent ex locato agere cum magiſtro poſſe, vt is ex conducto experiatur, & iactarũ merciũ dominus id reddat quod exegerit l. 2. §. fin. ff. ad leg. Rhod. de iact. nullũ enim eo caſu dolũ eius qui ſoluerit, mercis dominus arguere poteſt qui tamen res ſuas nõ item earũ æſtimationem retinet. Amplius quoque fullonẽ & eum cui cõmodata res eſt, & ſimiles, non ex dolo tantũ ſed & culpę nomine cõueniri poſſe nõ dubitatur, in his tamen actori licere rẽ ſuam refuſa æſtimatione retinere reſponſum eſt, in l. 2. ff. de condict. ſine cauſ. l. in cõmodato § fin. l. rem quę ff cõmod. Quocirca non ſatis ſibi cõſtans Accurſius alibi cenſuit, referre

plurimùm an ex negotio geſto res à domino condicatur, vt ſi cauſa præceſſerit, velati cõmodati, locati, aut depoſiti, an rei vẽdicatione experiatur, vt in hac ſola, litis ęſtimatio reũ efficiat dominiũ, ex perſonali iudicio non vtique, quia nequit ille cauſam ab ipſo actore habeat: Et huius quidẽ opinionis Bartolus, Accurſium, latius explicans rationẽ addidit, in l.1. ff de viuc. pro empt. quã alij non improbãt, quaſi in hoc in perſonam iudicio, quo rem perſequimur, litis ęſtimatione culpa vindicetur, non etiã res vti in vendicatione ęſtimetur. At vero ſi hæc vera ſunt, cur quęſo patiuntur ipſi dominũ qui in perſonã egerit, litis æſtimationẽ exegerit, id quod accepit rem eandẽ deſiderans reſtituere, cùm non ipſius ratione ſed culpę nomine datũ ſit: Pręterea in eo loco [2] quem ex lege Rhodia de iactu ſupra retulimus, nulla ab ipſo qui li-

tis ęſtimationem præſtitit culpa conijci poteſt, ille tamē rem ſuam retinet, & eius prętium ei qui dedit refundit: Porro eo fortaſſis nomine motus Accurſius illud reſpōdit, quia nos alibi docuerit ipſe, eū qui ab aliquo cauſam habet, ſi vel ex eo quod dolo malo poſſidere deſierit litis æſtimationem domino præſtiterit, adhuc tamen vt ei actiones aduerſus alterum cedantur petere non prohiberi, l. in depoſiti ff. de re iud. licet aliter ſi tāquam nudus poſſeſſor & nullo contracto negotio, rei vendicatione conueniatur, l. is qui dolo, ff. de rei vend. Itaque cum in eo dominus oneretur, in altero vult releuari, vt ei rem ſuam quandocunque habere liceat, l. eum qui ff. de iureiur. Sed potius eadem ratione dicerem actorem poſt litis ęſtimationem re petita priuandū, quoniā ei qui obtulit actiones ſuas cedere compellatur, cui etiā

cauere

cauere debuit per ſe non fieri quo minus ei petitę rei poſſeſſio tradatur; l. hæc ſi res ff. de rei vend. nam & vtilem vendicationem cedere cogitur, l. ſi merces §. fullo. ff. loc. eo quod litis ęſtimatio comparetur emptioni, l. 3. ff. pro empt. vt & vſucapiendi conditionem transferat; l. 1. ff. eo. & publicianam habeat, l. ſi res §. 1. ff. de publ. in rem act. quinimò ſtatim integrũ dominiũ acquirat reus, quaſi eo prætio trãſegiſſe & decidiſſe videatur, l. eius rei ff. de rei vend. Sed & magis illud expreſſum eſt, in eo quod dicitur ſi propter res amotas mulier litis æſtimationẽ ſuſtulerit aduerſus vendicantem maritum, vel eius hæredem exceptionem habere, l. ſi propter res ff. rer. amot. quamuis alioquin de euictione petitor poſſeſſori, qui litem ſoluere quàm rem reſtituere maluit non teneatur, l. & ex diuerſo, §. petitor, ff. de rei vendition.

l.ſi ſeruus §.cauere,ff. de condict. furt. l. ideóque ff. rer. amot. ſibi enim debuit imputare qui rem domino non reddiderit,l.ſi pro fundo C. de tranſ.
4 Amplius quoque regulam explico ſi iuſta transferendi dominij cauſa præceſſerit, veluti donationis, quæ demum pœnitentia reuocetur, cuius nomine litis æſtimatio data ſit, tunc enim quaſi liberalitate firmata, magis rem perpetuo poſſeſſorem retenturum iudico, nam & hoc caſu de euictione ei cauendum eſſe in ſimplum tamen, Paulus exiſtimat, quia ſemel petitor fundũ poſſeſſoris eſſe voluerit, l. ſi donatę ff. de donat. int. vir. Hoc autem quod dicimus poſt litis ęſtimationem petitorem dominum eſſe deſiiſſe, nec aliquo demum caſu illum rem habiturum, varijs modis interpretor. Primo ſi reus actoris voluntate poſſeſſionem nactus fuerit, aut aliqua cauſa prçceſſerit vt in do-

natione diximus, vel quia aduerſus alterum experiri reum patiatur ceſſis actionibus, veluti ſi ſola culpa poſſeſſoris arguatur, l. ſi culpa ff. de rei vēd. Itaque cum ſi ob dolum litem ſoluerit actiones actor ei cedere non compellatur, quod ſupra notauimus, nec ipſi ſuo nomine rē à poſſeſſore auocare licebit, l. nec quaſi ff. de public. in rem act. Vt ex ea cauſa illam vēdicet, quod Accurſium voluiſſe retulimus, ſed ſi dem ū à poſſeſſore nouo titulo nanciſcatur, id ad queſtionem noſtram non pertinet, ideoque vendicare illum poſſe non dubitatur, quoniam alia res eſt vt Vlpianus ait, in l. ſi ad exhibendum ff. de except. rei iud. Multo minus item locū habet ſi reus actorem deceperit, & cùm rem poſſideat, apud ſe tamē non eſſe finxerit, vt litis preſtatione liberaretur, vt eſt in l. ei qui §. fin. ff. de furt. nam & alioquin mendaci poſſeſſionem auferre

moris eſt, l. fin. ff. de rei vend. Tertio ſi aliquo facto res in poteſtatē actoris venerit, in eius fore electione putem, aut eam reo præſtare, aut quod ab eo accepit reddere, l. in commodato §. fin. ff. comm. l. 2. ff. de condict. ſin. cauſ. nam nec verum eſt petitoris voluntate rem alterum poſſidere, quod tamen exigunt, in l. hæc ſi res, ff. de rei vend. quin & ceſſis adhuc actionibus dominū agere poſſe cenſerem, ſi non hæc interceſſerint quæ notantur, in l. 3. C. de noua, ex quibus procuratorem in rem ſuam factum domino præferunt, quaſi rem occupauerit, in l. procuratore ff. de procura. Actor ergo aduerſus reum qui litem ſoluit petitionem non habet, retentionem habet: æquum enim eſt reo præferri poſſidentem dominum, à quo cum hic peteret, manu quoque militari rem eſſet ablaturus, l. qui reſtituere ff. de rei vend. Poſtre-

mo ſi non ex poſſeſſione, ſed quaſi ex damno dato prætium rei ſuæ dominus habuerit, verum eſt eo ceſſante id ſolum quod acceptum eſt reſtituendum, quod in lege Rhodia de iactu patet, ex qua ſi contributio facta fuerit, res tamen manet domini, quam pro derelicto non habuit, ſed vrgente neceſſitate perdere iuſſus eſt. Itaque ſi hæc demum appareat, eam retinet, prętio refuſo quod acceperit, quia nec eius acquirendæ gratia id reus appenderit, l. 2. §. fin. ff. ad leg. Rho. de iactu.

CAP. 8.

1. *An qui habet ſeruitutem poſſit nouum opus nunciare,*
2. *Explicata l. qui viā ff. de nou. oper. nuncia.*
3. *Vſusfructuarius an nunciet nouum opus.*
4. *Explicata l. 1. ff. de remiſſ.*

5. *Plus iuris dari realibus ſeruitu. quàm perſonalibus.*

SExtvs Pedius rectè cenſuit, triplicem eſſe cauſam noui operis núciationis, naturalé, publicam, aut impoſititiam, cùm quis, poſtea quàm ſeruitutem prædio ſuo impoſuit contra eam ſeruitutem facit, l. de pupillo §. & velle Sextus, ff. de nou. oper. nunci. l. non ſolum ff. eod. Quod tamen Iulianus improbaſſe[1] videtur, dùm ait eũ qui viam habet ſi opus nouum nunciauerit aduerſus eum qui in via ædificat nihil agere, ſed ſeruitutem vendicare non prohiberi, l. qui viam, ff. eodem, in quo loco explicando noſtri nec modum nec finem habent. Itaque quot homines tot illorum ſententias videre eſt, quæ vt lubens fatear, nunquàm animum expleuerunt, non illud potiſſimum quod ſæpius appro-

bant, vt qui ſeruitutem habet non nũciet domino, alteri non impediatur, quoniam id manifeſtô repugnat ei quod ex Pędio ſtatim diximus. Ergo putarem ipſe, ſi contra ſeruitutem quid peccatum fuerit, eam fore vendicandam, illiuſque ius probari oportere, quia non ſatis in aperto eſſe poterit, cum ſeruitus ſit qualitas, conditio & prædij habitus, l. qui fundũ ff. quemad. ſerui. amit. l. quid aliud, ff. de verb. ſigni. quocirca eius iure interpellato petẽdum eſt, l. rei. §. ſi quis l. ſicut §. ſed ſi quęritur ff. ſi ſerui vẽd. vt tãdem nouum opus nunciari poſſit, cum de illo probatum fuerit, quoniã ei tantum qui in ſolo ius habeat, vel ad eum res pertinet, noui operis nunciatio conceditur, & de his ſolis quæ in ſolo fiũt, l. 1. §. hoc autẽ §. nũc videam⁹ §. iuris noſtri ff. de nou. ope. nunciat. Sed & hoc in ſeruitutibus eſt expreſſum ne tergiuerſemur, vt ſi

eo loco per quē mihi iter debetur tu ędificaueris, poſſim inhibere opus tuum, ſi probauero ius mihi eſſe ire agere, l. ſi eo loco ff. ſi ſerui vend. & hoc eſt quod Vlpianus ait, ſi ſeruitus debeatur opus nouū nūciare licere, l. inter ff. vrb. pręd. & Pomponius ſi inter plures de iure prædij controuerſiā ſit, eos & agere, & pro ſua quemque parte nouum opus nunciare poſſe, l. in iudicio, ff. fam. herciſ.[2] atque hic eſt iudicio meo verus ſenſus l. qui viā ff. de nou. oper. nuncia. vt is cui debetur ſeruitus nihil agat ſi velit opus nouum nunciare, ſed debere eum ius quod aſſerit vendicare, vt demum nunciatio teneat, l. ſciendum eſt ff. eod. eius exemplo cui vſufructus in diem legatus fuerit, qui ante diem ſi agat nihil agit, vt tamen cùm dies venerit petere non vetetur, l. 1. §. fin. ff. quand. dies vſusfr. leg. ced. hæc vero in prædialibus ſeruitutibus ver-

ta ſunt. [3] Vſusfructuarius nouum opus nunciare non poteſt, quia res ad eum non pertinet, nec in ſolo ius ipſius verſari creditur, nam nec minus res mea eſt, cuius vſusfructus alienus eſt, eaque ratio erit, l. 1.§. fin. ff. de nou.oper. nuncia. Ergo fructuario ſola poſſeſſoria interdicta dantur, l. final. ff. vti poſſid. quia naturaliter poſſidet, l. naturaliter, ff. de acquirend. poſſeſſ. ſeruitutem vendicare non poteſt, vſumfructum poteſt, l. 1. ff. ſi vſuſfruct. pet. vbi quoque Iuliani ſententia refertur, vt ſatis conſtet quod ex eo Vlpianus refert fructuario vendicandarum ſeruitutum ius eſſe, neceſſario cum ipſo vſufructu intelligi, ſecundum quod inquit Vlpianus opus nouum [4] nunciare poterit, l. 1.§. idem Iuliano, ff. de remiſſ. quia vendicatio hoc ei pręſtabit, quod eius interſuit opus nouum

factum non eſſe, ſic enim Vlpianus ſeipſũ explicat, in l. 1. §. fin. ff. de nou. oper. nuncia. quia & harum actionum idem effectus eſt, l. harum ff. ſi ſeru. vend. Proinde nec aduerſus dominum expreſſa nunciatio valeat, in quo tamen ob ius quod ipſe pati cogitur pluſculũ dubitationis erat, ſed præualuit ratio quam diximus, quia nec potuit ſoli fructuario deberi ſeruitus. Itaque ſicut aduerſus vicinum, ita aduerſus dominum rectè agere non poteſt, ius ei non eſſe inuito ſe altius ædificare, l. 2. §. rectè ff. ſi ſeruit. vend. Sed vſumfructum petat, ſi hoc facto deterior fiet, l. 2. ff. de nou. oper. nunci. vt ſolo procuratorio nomine ex proprietatis iure nunciare nõ prohibeatur, quod non habet difficultatem, nec abſurdum eſt plus iuris in his quæ ſolum contingũt, rerúmque ſeruitutibus, quàm perſonarum concedi, l. ſeruitutes, §. ſi ſublatum ff.

vrb.præd.l.ſi eo loco §.idem Iulianus ff.ſi ſerui vẽd.l.1.in princip.ff.ſi vſufr. pet. Item alia eſt ſuperficiarij ratio, cui prętor in rem actionem vtilem cauſa cognita pollicetur, l.ſuperficiario, ff. de rei vend. quocirca nouum opus nũciabit, eodem modo quo in prędialibus ſeruitutibus diximꝰ, quia & ipſarum cauſa ei datur actio, l. in prouinciali §.fi.ff.de nou.oper. nũci. creditori quoq; cui pignoris nomine prædiũ tenetur, eodem ordine permittendum eſt de iure .i.de ſeruitute nouum opus nunciare, l. creditori. ff.de nou.oper. nuncia. nam ei ſeruitutis vendicatio non denegatur, l. ei qui pignori. ff. de ſeruit. quod idem ſeruandum Iulianus putat in eo ad quem vectigalis fundus pertinet.

CAPVT 9.

1. *SC.Velleianum quando locũ habeat.*

2. *Explicata l.8.ff. ad Velleian.*
3. *Subducta muliere principales debitores tenentur.*
4. *Conciliata l.4.C.ad SC.Vell.cum l. fin.§. item ſi ff.eo.*
5. *Correi fideiuſſionis cum fœmina quatenus obligentur.*
6. *Explicata l.ſi paternã C.ad SC.Vell.*

SENATVS C. Velleiano quod temporibus D. Claudij Velleo tutore & M.Sillano Coſſ. rogatum eſt, mulieribus quæ pro alio interceſſerint ſubuenitur, l.1.& 2. ff.ad SC.Vell.vt aut liberationẽ, aut ipſum condicant quod ſoluerint, l. quamuis §.1. ff. eo. l. qui exceptionẽ ff.de condict. ind. nec obeſt quod repetitio nulla ſit ab eo qui ſuum recepit, quáuis qui ſoluerit nihil debeat, l repetitio, ff.de condict.indeb.hęc enim definitio locum nõ habet in his qui ſuo nomine, & cuiuſdá obligationis obtẽtu præſtiterint, cũ aduerſus eã exceptione iuuari poſſent, vel eadẽ credi-

torem agentem ſubmoneant, l. 2. l. ſi paternā C. ad Vell. aut deniq; replicatione obligationis per interceſſionē cōtractę exceptionē tollāt, l. vir vxori, §. ſi mulier l. fi. §. Item ff. eod. tit. ſed eos tantū cōtinet qui alieno nomine appēderint, à quib⁹ negotiorū geſtorū actione repetere nō vetantur, l. ſoluendo ff. de negot. geſt. interceſſionis autē verbo illud omne accipiēdū eſt, quo alienas oblig. aut veteres vel nouas in ſe mulier ſuſceperit, l. fœminis C. eo. veteres quidē vel quia cōſtituta fideiuſſione, mandato, vel pignore participauerit, l. 4. C. eod. & hoc poſtremū, nō ſolū ſi rē ſuā pignori dederit, l. 5. l. ſi ſine, l. 7. l. ſi ſciēs, C. eo. ſed & ſi eā quę illi erat obligata, alteri nexui dari paſſa ſit, l. vir vxori §. ſi mulier ff. eo. aut quia nouatione quod ab alio debetur in ſe trāſtulerit; quod vel ſtipulatione ſimplici fieri ſolet, l. 1. ff. de nou. aut litis cōteſtatione, ſi alteri⁹ debito-

rẽ in iudicio defenderit, l. 2. §. fin. ff. ad Vell. vel ſi ſe delegari patiatur, l. vir vxori, ff. ad Vell. quia nihil debeat alienã videtur obligationẽ ſuſcipere, ideoque quibus fideiuſſor exceptionibus, hiſdem vti poterit, l. quas §. interdum ff. eod. ſicuti cum deberet ſiue intercederet pecuniam dederit, l. debitrix ff. eo. cùm enim eius nõdum diſſoluta ſit obligatio, interceſſionis nomine pecuniã dediſſe videbitur, l. quãuis C. eod.[2] nec aduerſatur Marcelli diſputatio in l. 8. ff. ad SC. Velle. quẽ à Iuliano & cęteris in hac re diſſenſiſſe Accurſ. & reliqui veteres exiſtimant. Alij Marcellum eo caſu loqui putant, quo mulier intellexerit, quia nihil debeat, ſe iuuari Velleiano poſſe, quo modo SC. renunciaſſe credenda eſt, quæ creditorem decepit, l. ſi decipiendi ff. eod. ego rem totam ſic explico, vt plurimum intereſſe dicam an non debitrix mulier quæ de-

legabatur nullo modo debitrix fuerit, vel ex eo tantum non debeat quia apud eũ à quo delegata eſt interceſſerit, vt priore caſu ex eo videatur fideiubere quia delegatur, cũ nihil aliud ſit cuius nomine ſe mulier aſtrinxerit, & in eo ius interceſſionis cõtineatur, l. vir vxori ff. ad SC. Vell. Altero cùm ex eo nõ ſit debitrix, quia apud eũ à quo delegata eſt fideiuſſit, ſub delegatione interceſſio nõ cõtinetur quoniam vt Marcellus ait tanquàm debitrix, non etiam interceſſionis cauſa promiſit, itaque ad priorem interceſſionem reſcindendam recurrẽdum eſt, vt vel liberatio, aut quòd ſolutũ eſt ab eo cõdicatur à quo delegata eſt, aliter atque ſi nõ fuerit delegata; ſed pro eo quoq; apud alterũ interceſſerit, eiuſque obligationem receperit, duplex enim eſt interceſſio, & aduerſus vtramque exceptione mulier vti poterit, quia iterum inter-

ceſſit, nec refert vtram malit tollere, l. doli mali, ff. de noua. eaque fuit Iuliani ſententia quam Vlpianus refert, in l. quamuis ff. ad SC. Velleian. quę Marcelli opinionem non impugnat, ſed aliud ab eo omnino diuerſum exprimit.

Sequitur Prætoris edictum perpetuum, quo illud Senatuſc. Velleiano additum eſt, vt ſi cùm eſſet creditor cum alio contracturus, callide ream mulierem [3] ſuſceperit, adhuc exceptione ſubmoueatur, l. cum ad eas C. ad Senat. Velleian. l. quamuis §. ſi cum eſſem ff. eo. Item hoc eodem edicto aduerſus debitores antiquos reſtituendæ obligationes ſunt, aut ſi nouę fuerint, inſtituentur, l. 8. §. quoties §. ſi cum eſſem ff. eod. vt hæredibus & in hæredes competant, quia rei perſecutionem habet, l. Hæ autem actiones ff. eodem quemadmodum mulieris ſucceſſoribus Velleiani Senatuſ-

conſulti

conſulti exceptio non denegatur; quia rei eſſe non perſonæ conſtat, l. exceptiones ff. de except. Porro quibuſdam caſibus locus Velleiano non eſt, quos gl. enumerat in l. fin. C. ad SC. Velleian. alij alios adiungunt, ego illum tantum referam, in quo mihi aliquid à noſtris deſiderari videtur, quo verum effertur. mulierem poſſe liberaliter donare, diminuere, vel etiam alterius nomine ſoluere non vetari, l. 1. l. quamuis C. ad Senatuſconſult. Velleian. quoniam eius aliquam eſſe obligationem neceſſe eſt vt adiuuetur, l. ſed ſi ego ff. eod. quocirca ſi prædia ſua maior annis vigintiquinque vendiderit, & pro marito pecuniam ſoluerit, deficit Senatuſconſulti auxilium, l. 4. Senatuſconſultum C. ad SC. Velleian. cum qua ex diametro pugnare videtur l. fin. in §. itē ſi mulieri ff. eo. Sed hos locos ita noſtri [4] om-

nes quos legerim componũt vt plurimũ intereſſe dicant, an ipſi creditori vendiderit fœmina, an alteri vt tandẽ creditori ſolueret: quod nihil eſt iudicio meo, nec quicquam intereſſe puto cui vendat, cùm & creditori vẽdendo, vt in ſolutum accipiat plenè ac rectè ſoluiſſe videatur, nihil enim refert quantitatem appendat, an rem vel aliud quod ei creditor debeat in ſolutum habere patiatur, l. prætij C. de reſcind. vẽd. l. eum à quo C. de ſolut. nec caſus iſte videbitur ad Velleianum pertinere, cùm nulla mulieris obligatio hac venditione, aut etiã prætij in ſolutum datione contracta, ſed ſola ipſius rei diminutio contineatur, l. ſed ſi ego ff. ad SC. Velleian. Quocirca exiſtimo §. ſi mulieri altius repetendum eſſe, ex §. ſi mulier qui pręcedit, in quo agitur de pignore à muliere alienæ obligationis cauſa dato, & quærit Iuriſconſultus, an ſi

creditor illud vendiderit, mulieri cũ fructibus repetere liceat, quod putat. item ſi ipſi creditori mulier diſtraxerit, vt prætiũ habeat in ſolutum, quoniam hoc caſu præceſſit pignus, quo interceſſionem contineri negare non poſſumus, cuiuſque intuitu vẽditionem ſubſecutam eſſe conſtat liquidò, ideoque reſcinditur hęc venditio, ſicuti ſi cùm fundum mulieris maritus pignori dediſſet, quæ tandem pecuniam mutuam ſub hiſdem pignoribus acceperit, quam ſtatim mariti creditori appendat Senatuſconſulto locus eſt, quamuis mulier principaliter creditori obligata ſit, quo caſu debuit Velleiani auxilium ceſſare. Sed illud eam habet rationem, quia mulier hoc mutuo pignoris dationem à marito contractam ratam habuiſſe creditur, vel ex eo quod ſtatim creditori mariti ſoluit, aut quia ſub hiſdẽ pignoribus mutuam pecuniam acce-

perit,l. Seia §.fundum ff. ad Senatuſ. Velleian.

5 Cæterum mulieris exceptio non impedit, quo minus alij qui cum ea interceſſerint in ſolidum teneantur, l.ſi Titius ff.de fideiuſſ.non obeſt,l.ſi paternam C.eod.vbi cùm pro virilibus mulier ſubduci videretur in id quod ſupereſt reliquos teneri eo textu probari interpretes arbitrantur, quem ideo intelligunt non ſi plures ſimpliciter fideiuſſerint,ſed ſi pariter & coniunctim ſine duorum reorum cõſtitutione alienam obligationem ſuſceperint,quo modo ab initio partes viriles inter debitores fieri iure recipitur, vt nec alter alterius portionis nomine teneatur,l.reos §.cum tabulis ff. de duob.reis. At vero hæc explicatio nec verbis legis, nec iuris rationi congruit, nam & in eo loco agitur de his qui alienam obligationem in ſe receperunt, quod

etiam fideiuſſione fieri dicitur, l. aliquando l. tutore ff. ad Senatuſcon. Velleian. l. 1. l. ſi mulier l. fœminis C. eodem & ita conſtat mulierem ab obligatione ſubduci, vt eius perſona pro non ſcripto ſit, quin etiam ſtatim omnis cauſa creditori reſtituitur, ac ſi mulier non interueniſſet, l. aliquando 5. ſi ſub conditione & l. ſequent. ff. ad Senatuſconſult. Velleian. Ideoque omnia in reliquos tranſcribi neceſſarium eſt, cuiuſcunque naturæ ſit obligatio, & hoc eſt quod Gordianus ait, quamuis virilibus obligationibus mulieres [5] eximantur, maſculos in id quod ſe obligauerint teneri, & ſubducta fœminæ perſona in id etiam conueniri veterem debitorem, in quo conueniretur ſi mulier non interceſſiſſet, aut ſi mauis, in eo loco his obligationibus mulier eximi dicitur, quæ viriles ſunt, id eſt quæ virum

deceant, quo ſenſu virilis opera dicitur, in l. fœminę ff. de edend. virile officium in l. 1. ff. de poſtul. virile munus, in l.1.C. quando mul. tut. off. fung. poſſ. & virilis obligationis Velleian. Senatuſconſultum meminit, in l.2. ff. ad SC. Velle. Itaque ſubducta earum perſona reliquos in id quod ſe obligauerint teneri perinde ac ſi mulier non interueniſſet, quo modo ſi reſcriptum illud intelligamus, non oberit ei quod diximus in ſolidum alium teneri, qui cum fœmina alienam obligationem receperit, l. ſi Titius ff. de fideiuſſ.

Cap. 10.

1. *Conciliata l. parietem ff. vrb. præd. cum l. ſi ædes ff. com. diuid.*
2. *Interdictum vti poſſidetis ex quibus cauſis competat.*
3. *Iure conceſſo omnia ſine quibus haberi*

non poteſt.licent.

4. *Explicata l. via.§.fin.ff.ruſt.præd.*

5. *Enodata l.Gaurus.ff.vrb.præd.*

6. *Intellectus l. vſusfructuarius §.ædificium ff.de vſufr.*

7. *Eius rei cuius nullus vſus eſt fructus eſſe non poteſt.*

CAIVS lib. ſeptimo ad ædictum prouinciale, parietem qui naturali ratione communis eſt, alterutri vicinorum demoliendi eum & reficiendi ius non eſt, quia non ſolus dominus eſt Vlpianus libro ſeptuageſimo primo ad ædictum, ſi ædes communes ſint aut paries communis, & eum reficere vel demolire, vel in eum immittere quid opus ſit, communis diuidundi iudicio erit agendum, aut interdicto vti poſſidetis experimur. Hæc inter ſe pugnare noſtri putant, quia primo ius reficiend non eſſe dicatur alte-

ro ſi prohibeatur qui refecerit, communi diuidundo, aut interdicto vti poſſidetis experiri illum poſſe Vlpianus reſpondeat. Accurſius & cæteri eiuſdem ſcholæ authores, iure quidem ſeruitutis [1] neminem in re communi quippiam poſſe iudicant, quia ſolus non ſit dominus, ſocietatis vero cauſa non prohiberi cenſent. Quod tamen Papinianus improbat ex Sabino, dum ait, in re communi vnum ex dominis iure facere quicquam inuito altero non poſſe, quia iure pari potior cauſa ſit prohibentis, l. Sabinus ff. comm. diuid. Ergo vt rem totam habeamus, certum eſt in re communi quemlibet illud poſſe quod alteri non noceat, quocirca parietem communem incruſtare licet, & in eo prętioſiſſimas picturas habere nemo vetatur: per contrarium fiſtulam iunctam parieti communi, quæ aut ex caſtello aut ex cœlo

aquam capit nòn iure haberi Proculus ait. Sed non prohiberi vicinum quominus balneum, vel cameram ex figlino opere factam ſecundum communem parietem habeat, ſi modo rei communis refectionem non impediat, aut nullo ei damno ſit, itaque tubulos habere admotos ad parietem communem non poteſt, quòd per eos flamma torretur paries, l. quidam in princip. & §. 1. l. fiſtulam ff. vrb. præd. Item in re communi nemo dominorum iure ſeruitutis neque facere quicquam inuito altero poteſt, neque prohibere quominus alter faciat, nulli enim res ſua ſeruit, l. in re commun. ff. eod. Sed nec parietem communem altervtri vicinorum demoliendi, & eum reficiendi ius eſt, quia non ſolus dominus eſt, l. parieté ff. vrb. pręd. vnde ſi quis ſciens prudenſque rem cõmunem eſſe, non illius ſolicitudine, quin vt totius loci

dominium vſurparet ſolidam refe-ctionem aggreſſus eſt, etiam ſuæ partis dominio priuatur, l. ſi is contra quem C. de ædif. priu. At vero ſi teſtatô ſocius admonitus ceſſauerit, de damno infecto quidem ſibi caueri alter deſiderare non poteſt, l. ſi ædibus ff. de damn. infect: Sed vel communi diuidundo agendum eſt, & in hoc iudicium illud venit quod communi nomine vel iam actum, vel agi debuit, l. in hoc iudicium ff. comm. diuid. quicquid etiam ſocij culpa potuit amitti, aut damnum aliquod haberi, antequàm datum fuerit præcauetur, l. etſi nō omnes §. fin. l. ſi ſocius ſerui. l. ſi is cum quo ff. comm. diuid. amplius quoque vti poſſidetis interdictum eo nomine competit, l. ſi ędes ff. comm. diuid. quoniam videtur poſſeſſionis [2] controuerſiam facere qui prohibet me reficere, & qualiter velim vti mea poſſeſſione, l. ſi duo §.

hoc interdictum ff. vti poſſid.l. ſicut §. Ariſto ff. ſi ſeruit. vendic. poteſt ſocius: præterea ædes communes poſt alterius ceſſationem, moram, & fruſtrationem reficere, recepturus pro parte quod impenderit cum vſuris cẽteſimis, aut ſocietatis, vel communis diuidundi iudicio, l. ſi ædibus, ff. de damn. infect. ita vt ſi quominus id fieret per ſocium ſtetiſſe conſtiterit, oratio D. Marci poſt quatuor menſes inſulæ dominium ei dederit qui refecit, l. ſi vt proponis, C. de ædif. priuat. l. cum duobus §. idem reſpondit ff. pro ſoc. Illud denique omittendum non eſt idem communis diuidundi iudicium, vni ex ſocijs aduerſus cæteros ſi quid contra ius communionis moliantur competere, l. Sabinus, ff. comm. diuid. l. an vnus ff. ſi ſeruit. vend. aut per prætorem illos rei ſuæ inuicem conſulturos, plane non poterunt nouum opus nũciare, l. in pro-

uinciali ff. de nou. oper. nunciat. vel ſeruitutis iure negatoria experiri, l. in re communi, ff. vrb. præd. Poſtremo propter publicam vtilitatem receptum eſt, ſocio in fundum communem inuito ſocio mortuum inferre quidem non licere, ſed ſi prohibeatur vtiliter interdicto quo de iure dominij quæritur aget, l. ſunt perſonæ ff. de relig. illudque interdictum de mortuo inferendo eſſe dicemus, quod veluti proprietatis cauſam continet, vt & alia quæ de locis ſacris & religioſis proponuntur, l. 2. §. quædam ff. de interd.

3 Altera definitio eſt in ſeruitutibus, quæ luce & explicatione indiget, ea id continetur vt iure aliquo conceſſo, illa quoque permiſſa videantur, ſine quibus ius exerceri non poteſt, l. 2. ff. de iuriſdict omn. iudic. l. ſi iter ff. de ſeruit. l. ſeruitutes §. ſi domo ff. vrb. præd. quocirca ſi quis

leget, Se dneceſſe eſt vt ſequatur eum aditus, ſiue hæredis ſit vicinus fundus, aut hæreditarius, vel quia duos fundos habens teſtator, alterius mihi vſumfructum, alterum Titio leget, quo caſu Marcellus reſpondit, quemadmodum ſi in hæreditate eſſet fundus, per quem fructuario debet præſtari via ſecundum voluntaté defuncti videtur id exigere ab hærede, ita & in hac ſpecie non aliter eſſe concedendum legatario fundum vẽdicare, niſi prius ius tranſeundi fructuario præſtet, l. damnas §. fin. ff. de vſufr. leg. atque ideo verum eſt legatarium quidem perſonali obligatione non teneri, ſed hæredem ab eo redimere debere l. ſeruum filij §. fin. ff. de leg. 1. & ex contrario recipitur, ſi vſusfructus in hæreditate remanſerit, hæredi per fundum legatum ipſo iure aditum deberi, l. ſi fundum §. qui fundum ff de leg. 1. l. teſtatrix ff,

ſi ſerui. vēd.l.Olimpico, ff.vrb.pręd. Addit Iulianus ex duobus fundis legatis, alteri ab altero impoſitum videri id quod vtriuſque natura & conditio requirit,l.1.ff. de ſeruit. leg. per alienas autem ædes acceſſum ad eam rem quæ legatur, ita demum hæredem pręſtaturum [4] Accurſius indicat ſi patiantur proximi,l.via §.fin.ff. ruſt.præd.quia ſeruitutem fundo deberi non obligatur, nec ſi vti optimus maximus legatus fuerit, l. cum venderes l. in vendendo ff. de contrah.empt. Ego illorum qui contrarium ſentiunt opinionē ſequor, quia prorſus inutile alioquin negotium foret, cùm nec rem nec cauſam bonorū alio modo habere liceat: quocirca magis eſt vt illud debeatur, quod ad vſum rei ſufficit,non obeſt, l. via §. fin. ff. ruſt. præd. quia imo locus ille nobiſcum militat, cùm enim eo reſponſo contineatur, ſerui-

tutem fundo debitam omnibus eius partibus deberi, addit Paulus, ſi fundus cui ſeruitus debetur certis regionibus inter plures dominos diuidatur, quamuis omnibus partibus ſeruitus debeatur, tamen opus eſſe vt hi qui non proximas partes ſeruienti fundo habebunt, tranſitum per reliquas partes habeant, iure diuiſi. i. vt illud diuiſionis iure ac communis diuidundi iudicio poſtulare ac retinere poſſint, quòd ſi ſcientes non fecerint, quaſi remiſiſſe ſeruitutes videantur, ita demum vti ſolent ſi patiantur proximi, nam ſi ignorantes & imprudentes omiſiſſent, incerti cōdictione illos repetituros non dubitatur, l. ſed etſi me putem §. 1. ff. de condict. ind. Ergo adhuc ex illo loco vetus firmatur regula, addicto fundo ei neceſſariam ſeruitutem conſtitutam videri, niſi remittatur, quo caſu leuitatis & ſtultitiæ ſuæ pœnas luit

qui remiſerit,vt ſola conſentiẽtis voluntate nitatur.Item quod addunt in vendendo fundo non cõtineri viam, iter,aut actum,ſic acciperem, pręterquàm ſi omnino tota fundi vtilitas & vſus his contineatur, nè alioquin deriſoria & inutilis maneat. [f] Hæc igitur cum ita ſint vt ad pręcedentem diſputationem redeam, apparet verum eſſe,ſiue vſusfructus tantum vni legatus fuerit,hęredem aditum præſtaturum, ſiue qui alteri ædes, alteri aliarum vſumfructum legauerit,tantundem à legatario proprietatis deſideraſſe videri, quia ſine acceſſu nullum vſusfructus legatum eſt, aliter atque ſi à vicino luminibus fructuarij officiatur,nã in his omnibus Marcellus reſpondit: Si is qui binas ędes habet, alteras legauerit, ędes alteras hæres altius tollere non vetatur, ſic vt obſcuret lumina legatarum ædiũ, idem quoque ſi ſolus ædium vſusfru-

ctus legetur, ex eodem auctore Paulus memorat, in l. ſi is qui binas ff. de vſufr. ſed & amplius idē dicendū eſt, ſi alteri ædes, alteri aliarū vſumfructū legauerit, vt proprietatis legatarius, fructuarias obſcurare non prohibeatur, nec ſimile ſit itineris argumentum, quia ſine acceſſu nullum eſt vſuſfructus legatum, habitare autem poteſt & ædibus obſcuratis, illa quę vera eſt explicatio l. Gaurus ff. de ſeruit. vrb. præd. ex qua & ſuperioribus perpetua eſt regula, ſeruitute cōceſſa omnia neceſſaria conſtituta & impoſita videri, obſtat l. vſufructuarius nouum §. 1. ff. de vſufr. vbi ædificium incoatū inquit Neratius, fructuariū conſummare non poſſe placet, etiam ſi eo loco aliter vti nō poſſit. Accurſius & vetuſtiores hunc locū explicāt, vt eius ſingularis ſit ſpecies, quoniam ædificij cōſummatione rei forma immutata, contingit,

vſumfructum exiſtiment, l. repeti §. rei ff. quib. mod. vſufr. vel vſu. amit. quod merito quidam improbant, quia vt eſt apud Caium ædificij potius forma ex conſummatione contingit, quàm vt ea corrumpatur, l. ſi is qui quadringenta §. fin. ff. ad leg. Falc. at illi nihil melius adferunt, dùm putãt apud Neratium frui quidem potuiſſe fructuarium, vti vero voluptatis fortaſſe nomine nequiuiſſe, quaſi vero & vſus nomen pro fructu ſæpius non accipiatur, in ædificijs potiſſimum, quorum vſus fructuariam habitationem complectitur, l. ſi habitatio ff. de vſu. & habit. Itaque putant alij tenui principio incoatum ædificium quod magnæ extructionis futurum ſit, non poſſe cõſummari, ſecus ſi ad primam contignationem elatum fuiſſet: quod nullo modo Neratij ſententiæ quadrat, à quo generaliter reſpõſum eſt,

incoatum ædificiũ perfici à fructuario non poſſe, ſed & ſtatim eius rei rationem addidit, quia nec eius loci vſufructus relict⁹ ſit, eaque iuſta occaſio eſt cur in ea ſpecie conſummare nõ poſſit, cùm nullum in eo ius fruẽdi habeat, alioquin enim ſi areæ vel fundi vſuſfructus debeatur, poſſe ibi caſam aut nouum tugurium haberi conſtat, in quam ſi hyems ingruerit ſe fructuarius recipiat, l. penult. ff. de vſufr. l. veluti ff. de ſeruit. ruſt. præd. multo magis ergo cœptum cõſummare non vetabitur, ſed apud Neratium cùm loci nõ ſit vſufructus, mirum non eſt ſi fructuario attingere non concedatur, ideo vero cœpti ædificij vſufructus non eſt, quoniam eius rei cuius nullus eſſe poteſt vſus, fructus conſtitui non videbitur, l. ſtatuæ l. ſi infantis ff. de vſufr. Itaque nullum eſt legatũ eius rei quæ commodum nõ contineat, maximè cùm

fructuarius tueri quidem quod accepit poteſt, nouum autem facere non poteſt, l. vſuſfructuarius nouum ff. de vſufr. quamobrem non eſt mirum ſi cœptum ædificium non conſumat, cùm nec eius vſumfructum habeat, niſi hoc ſpecialiter adiectum ſit, vt vtrumque ei liceat, l. vſuſfructuarius. 61. §. 1. ff. de vſufruct.

FINIS.

INDEX CAPITVM QVÆ HIS QVATVOR LIBRIS *Variorum explicantur.*

Ex Digeſto veteri.

L. Imperium de iuriſd. om. iud.	*lib. 1. cap. 1.*
l. ſolet eod.	*ibidem.*
l. Si pactus de pact.	*lib. 1. cap. 2.*
l. Veteribus de pact.	*lib. 1. cap. 3.*
l. Non ſolum §. ſed interdum. de procurato.	*lib. 2. c. 10*
l. Cum alicui de neg. geſt.	*lib. 1. cap. 10.*
l. Preterea de rei vend.	*lib. 2. c. 1.*
l. Idem Pomponius §. de arbore. eod.	*lib. 4. c. 6.*
l. In rem §. ſed & idem. eod.	*ibidem.*
l. Vſusfructuarius §. ædificium de vſufr.	*lib. 4. cap. 10.*
l. Parietem vrb. præd.	*ibidem.*
l. Gaurus eod.	*ibidem.*
l. Via §. fin. ruſt. præd.	*ibidem.*
l. Fin de condict. cauſ. dat.	*lib. 1. cap. 9.*
l. In hac de condict. tritic.	*lib. 2. cap. 8.*
l. Si vt certo §. nunc videndum commod.	*lib. 2. cap. 9.*
l. Quamuis §. 1. ad SC. Velleian.	*lib. 4. cap. 9.*
l. fin. § item ſi eod.	*ibidem*
l. Paulus mand.	*lib. 2. cap. 6.*
l. Si in emptione de contrah. empt.	*lib. 1. cap. 3.*
l. Si ſeruus. § ſi dolia de act. empt.	*lib. 2. cap. 5.*
l. Quoties de ædil. edict.	*ibidem.*
l. Qui ſcit § bonæ de vſur.	*lib. 2. cap. 1.*
l. Si quis. §. adoptiuæ de rit. nupt.	*lib. 4. cap. 3.*
l. Cum dot. § ſi filia. de pact. dot.	*lib. 4. cap. 4*

Ex Infortiato.

l. 2. §. 1. ſolu. matrim.	*lib. 4. cap. 4.*
l. Magis puto. §. 1. de reb. eor. qui ſub tut.	*lib. 2. cap. 6.*
l. Hæredes ſine partib. de hæred. Inſtit.	*ib. 3. cap. c. 2.*
l. ſed ſi plures. §. Idemque de vulgo	*lib. 3. cap. 4.*
l. si duobus §. 1. de leg. 1.	*lib. 3. cap. 2.*
l. Senatus §. legatum de leg. 1.	*lib. 3 cap. 5.*
l. 3. de leg. 2.	*ibidem.*
l. Mæuio. eod.	*lib 3. cap. 3.*
l. Mæuius §. duorum eod.	*lib. 4. ca. 10.*
l. qui quatuor §. cum teſtamento de leg. 3.	*lib. 3. cap. 6.*
l. Vxori de vſufr. leg.	*lib. 4. cap. 3.*
l. 3. de pen. legat	*lib. 3. cap. 7.*
l. 3. §. fin. ad leg. Facild.	*ibidem.*
l. cum quo. eod.	*lib. 3. cap. 8.*
l. Si creditor eodem.	*ibidem.*
l. pater §. 1. eod.	*ibidem*
l. Si debitor. eod.	*ibidem.*
l. ſi in ratione §. ſi filio. eod.	*lib. 3. cap. 9.*
l. 2. Ad SC. Trebell.	*lib. 3. cap. 10.*
l. 3. eod.	*ibidem*
l. Si penum quand. dies leg. ced.	*lib. 3. cap. 7.*

Ex Digeſto nouo

l. Qui viam de nou. oper nunciat.	*lib. 4. cap. 8.*
l. In vſucapionibus de vſucap.	*lib. 4. cap. 1.*
l. 2. §. ſiquis à pupillo pro empt.	*lib. 2 cap. 4.*
l. In depoſitu de re. iud.	*lib. 4. cap. 7.*
l. 1. de remiſſ.	*lib. 4. cap. 8.*
l. In omnibus de act. & obl.	*lib. 4. cap. 1.*
l. Quicquid §. fin de verb. obl.	*lib. 3. cap. 5.*
l. Vbi §. fin. eod.	*lib. 2. cap. 7.*

l.Cum Stichus de ſolut. lib.3.cap.1.
l.3. De accept. ibidem
l.Iam tamen § penult.iud ſol. lib.1.cap.8.
l.2. de bon.eorũ.qui ant.ſent.mort. ſibi conſciue. lib. 4. cap.2.
l.eius eius §.1. de iur. Fiſc. ibidem.
l.penult. de var. & extraord.cogn. lib.1.cap.6.

Ex Codice.

Iubemus. §. ſcientes de ſacroſ.eccl. lib. 1. cap.5.
l .Vbi pactum de tranſact. lib.1.cap.4.
l.1 nuitus de procur. lib.1.cap.7.
l.Curatori de neg.geſt. lib.3. cap.2.
l.1.De dol. lib.2.cap.6.
l.1. De rei vendic. lib.2 cap.1.
.l Filiæ famil.herciſc. lib.2.cap.2.
l. Filium quem.eod. ibidem.
l. Quiſquis ſi cert. petat. lib.2.cap. 6.
l. 4. Ad SC.Vellei. lib.4.cap. 9.
l.Si paternam.eod. ibid.
l. Si ancillam de act.empt. lib.2.cap.3.
l 3. De pact.int.empt. ibidem.
l.1.ſolut.matrimo. lib.4. cap.5.
l Aduerſus de mag.conuen. lib. 1cap. 10.
l.Si donatione de collat. lib.2.cap.2.
l. Penult.ad leg.falcid. lib.3.cap.7.
l.2. Quo quis ord.conuen. lib.1. cap.10.

Ex Inſtitut.

§ 1. De ſatiſd.put. lib.3.cap. 2.
Rubr de Excuſ.Tut & curat. ibidem.
§.Siquis ex aliena de rer.diuiſ. lib.4 cap. 6.
§ perficiuntur de dona. lib.2.cap. 5.

P. BELOII I.C. ET IN SENESARCHIA THOLOSANA REGII CONſiliarij, Diſputationes aliquot quarum numerus hic ſequitur.

De ſucceſſ. ab Inteſtat.
De Iur. pignor. vel marq.
De Compenſat.



PARISIIS,

Apud Geruaſium Mallot, via Iacobęa, ſub ſigno Aquilæ aureæ.

1583.

CVM PRIVILEGIO REGIS.

NOBILISSIMO ET HONESTISSIMO MERICO DE VIC SARredo libellorũ in Regia magiſtro meritiſſimo, P. Beloius S.

CVM nuper hiſtoriã & ciuilem diſputationem de ſucceſſionibus ab inteſtato compoſuiſſem, quam ne periret in publicũ emittendam decreui, certum erat eam mihi vni ex amicis offerre quos colerem, hiſque qui me illis plurimum addixerunt, inter quos quàm primum de te cogitaui, animaduerti in te præclaram effigiẽ humanitatis, & probitatis maximæ, ac ſummæ in me affectionis tuæ memoriam repetij, qua non pauca me tibi debere profiteri non

dubito; Itaque rem expediui, & ſtatim ad te amandum me contuli, non beneficijs ſolum ampliſſimis quibus tua gratia ſum auctus, ſed ingenij ſuauitate, morum comitate, & virtute tua prouocatus: huius autem operæ nullam aliam mihi mercedem expoſco, quàm vt tibi ſit gratiſſima: iam ſcio quid audire ſoleant, & pati cogãtur præclara conantes, hoc tamen vno recreor, quod vt verum eſt: HABENT SVA FATA LIBELLI; *Quocirca obtrectantium malè dicta ſatis æquo feram animo, dùm tu probaueris, ac ſi iuris ſtudioſis non inutilem laborem meum futurum iudices animum colligam & mirificè confirmabo: ſed quamuis non dubitem quin grato animo ſis munus hoc meum liberale excepturus, nihilo-minus te rogo nè illud negligas, ſi me amas vt nemo eſt quẽ ego vehementius quàm te colam & diligam. Vale.*

PETRI BELOII IVRISCONSVLTI, ET IN SENESARCHIA THOLOſana Regij Conſiliarij Diſputationes aliquot.

De Succeſſionibus ab Inteſtato.

TRIBONIANVS quatuor enumerat modos quibus per vniuerſitatē res nobis acquirũtur. Primꝰ eſt arrogatio quoniã vt eſt apud Vlp. ſi paterfamilias adoptatus ſit, omnia quæ eiꝰ fuerunt tacito iure ad eum tranſeant qui adoptauit amplius liberi eius qui in poteſtate eius ſunt eum ſequũtur, l.xv.ff.de adop. Alter eſt cum bona libertatũ conſeruandarum, cauſa addicuntur quod D. Marci conſtitutione effectum eſt ſi modo idoneè cre-

ditoribus caueatur de ſolido quod cuique debetur ſoluendo §. 1. de eo cui libert. cauſ. bon. ad d. l. 4. §. addici ff. de fideicom. liberta. eoque conſtituto is cui bona addicta ſunt bonorũ poſſeſſori aſſimilari debet, vt etiã ſi plures fuerint inter ſe familiæ hercis. iudicio experiantur, l. ergo, §. fin. ff. de fideicom. lib. Tertius eſt per hæreditatem quam noſtri definiunt ſucceſſionem in vniuerſum ius quod defunctus habuit tempore mortis, l. nihil, l. hæreditas ff. de verbor. ſignif. & quidem non immerito ſucceſſionẽ. i. ius ſuccedens appellant non ipſam pecuniam vt M. Cicero voluit, quoniam ea eſt quæ patrefamilias mortuo eius induere perſonam dicitur, in quam omnia defuncti iura transferri ſoleant, idque multis iuris argumentis comprobari Paul. explicat in l. hæreditas enim ff. de acq. rer. domin. l. hæres & hæreditas ff. de

vſucap. nam & Pomponius ait, ante aditam hęreditatem deberi pecuniã à defuncto contractam, etiam ſi nullus appereat qui interim debeat l. hactenus ff. de conſtitu. pecun. item cœptam vſucapionem ab ea impleri cõſtitutum eſt, l. nunquam §. Vacuam, l. cœptam ff. de vſucap. nouationem quoque ab eo ſub cõditione factam ſuſtinet hæreditas l. nouatio ff. de noua. quinimo nouas inducere obligationes non prohibetur, nam & mortuo reo fideiuſſor illa iacente poterit accipi l. mortuo ff. de fideiuſſ. aliter atque ſi debitori deportatio irrogata eſt, quaſi eo modo tota ſit contra eum extincta obligatio, l. ſi debitori, ff. de fideiuſſ. quamuis ſi duo rei promittendi fuerint alter non liberetur, ac fideiuſſor ab eo poſtea datus teneatur, quo ſenſu rectè Accurſ. intelligit, l. fin. ff. de duob. rei: idemque in nouatione à defuncto contracta

dicendum eſt ſi deportetur quod de fideiuſſore diximus, quoniam nõ eſt hæreditas qua nouatio ſuſtineatur, l. quoties ff. de noua. Porro per hæreditarios ſeruos hæreditati acquiri non dubitatur vel ſi hæredes inſtituti fuerint l. ſeruus hæreditarius ff. de hęred. inſti. §. ſeruus etiam alienus eo. apud Iuſtinia. aut ſi ſtipulẽtur vel aliud quoddam genus actionis induxerit, l. cum hæreditas C. depoſ. l. 1. §. item ſi ſeruus ff. eod. l. quia ſeruo ff. de act. & oblig. quod tamen Hermogenianus in his in quibus factum operęue ſubſtantia deſideratur non eſſe accipiẽdum reſpondit. in l. hæreditas in multis ff. de acq. rer dom. eaq; ratio eſt cur poſſeſſionem non quærat hæreditas quia facti eſt & animi, l. 1. §. Scæuola ff. ſi quis teſta. lib. eſſe iuſſ. fuer. nec vſumfructum ſeruus hæreditarius ſtipulari poterit, quia non eſt perſona in quam conferatur,

l.vſusfructus ff.de ſtipu.ſeruo.quamuis idem ei legari poſſit quia nõ ante aditam hæreditatem eius dies cedere ſoleat l.ſi ſeruo hęreditario, ff.quib. mod.vſusfru.vel vſ.amit.non poterit etiã inſtitutus hęreditarius ſeruus ſibi delatã ſucceſſionẽ adire,&pro hęrede gerere,quoniam hęreditatis aditio in opera ſeruili nõ eſt l.aditio l. qui ſeruum ff.de acq. hęred. quocirca iuſſus domini illã pręcedere debeat,l.ſi quis mihi bona §. iuſſum ff. de acquir.hæred.Poſtremus acquirendi modus eſt bonor.poſſeſſ. quam definit Vlpian. ius perſequendi retinendíque patrimonij ſiue rei quæ cuiuſque cũ moritur fuit,l.3.§.1. ff. de bon. poſſe. ex quibꝰ apparet eam,ab hæreditate differre,quoniã hæc ſolo animo nudaq; voluntate quęratur,l. gerit l. pro hærede,ff.de acquir.hæred. Illa facto ac Prætoris decreto indiget,l.fin.C.qui admi.ad bõ.poſſ. poſſe.nec alibi quã

pro tribunali dari ſolet, vt dies ſeſſionũ in ea connumerentur l. 2. §. dies, ff. quis ord. in bon. poſſ. ſeru. l. 3. §. ſi cauſa ff. de bon. poſſe. eaque cauſa eſt cur per procuratorem non adeatur hæreditas, cùm tamen bonor. poſſeſſio per alium quęri non prohibeatur, l. per procuratorẽ ff. de acq. hęred. l. 3. §. acquirere ff. de bon. poſſe. quia ſcilicet ex eo quod procuratorẽ ad adeũdum conſtituimus, ſtatim ipſi quærendi animum habuiſſe videamur, at in bono. poſſeſſione decretum impetrãdum eſt, quod etiam per alterum fieri poſſe nõ ambigitur l. 1. ff. de procura. Sed cum hæc ius ſit & facultas perſequẽdi patrimonij quod defunctus habuit, mirum eſt cur ad hæreditas nõ agnita non tranſmittatur, l. emancipata C. qui admitt. ad bonor. poſſe poſſ. l. 3. §. deniq; ff. de bon. poſſeſſ. idque legatorum exemplo, quæ ideo ſi purè dẽtur ad ſucceſſores trãſ-

mitti frequenter creditum eſt, quoniam ipſorum perſequendorum gratia i⁹ aliquod legatario cōpetat, quod ſaltem ad hęredes transferri poſſe non dubitatur, §. fi. de iur. à mor. pręſt. in nouell. l. 1. §. ſi hæres ff. ad SC. Trebell. Ideoque cū ante aditionem nullū in hæreditate ius hæredi concedatur, l. cum hæredes ff. de acq. poſſe. non poterit ipſe plus quam haberet ad ſucceſſores ſuos transferre. At dicendum eſt in bono. poſſeſſione ius illud perſequendi ex agnitione & Prætoris decreto conſtitui, quod ideo antequàm decernatur in rerum natura non eſſe cenſetur, vt nec repudiari poſſit quia non ſit delatum, l. 1. §. decretalis ff. de ſucce. edict. ſed ex eo tandem olim aut hodie per Iuſtinianum quacunque agnitione apud competētem iudicem facta, l. fin. C. qui admi. l. fin. §. nos itaque C. de cura. furioſ. bonorum poſſeſſoria hæreditatis petitio com-

petat ſicuti iure legitimo poſt aditionem hæreditas peti poterit l.1. ff. de bon.poſſe.hæred. petit. Itaque eadẽ eſt in vtraque ratio ne tranſmittatur, quemadmodum in omnib⁹ vice hęredum bonorum poſſeſſores habentur.l. 2. ff.de bon.poſſ.ideoq; vtiles à Prętore hęredes fieri Tribonianus exiſtimat in §. quos autem de bon. poſſe. nam & vterque vniuerſitatis ſucceſſor eſt, & vbicunque lex vel SC. vel conſtitutio capere hæreditatem prohibet, bonorum quoque poſſeſſio ceſſat,in vtraque etiam ius eſt accreſcendi l.1.l.3.§.1.§. fin. l. non eſt ambigendum §. vbicunque ff.de bono.poſſ.denique vel ex teſtamento vel ab inteſtato vterque ſuccedit, his enim duobus modis potiſſimũ & hæreditas & bon. poſſ.defertur §.fin. quib. alien. licet vel non l.lege ff. de verb. ſigni l.ſed cũ patrono §.beneficiũ ff.de bon. poſſ. Nos de poſtremo

ſolũ nunc dicturi. Pręſamur inteſtati verbũ pluribus modis accipi, nam vel qui omnino teſtari non potuit inteſtatus appellabitur, veluti furioſus, ſeruus, pupill9, & ſimiles, quod tamẽ impropriè fieri Vlpia. exiſtimat in l. 1. ff. de ſui & legit. hæredi. melius itaque tales inteſtabiles eſſe dicuntur cùm eis teſtimonium dici non poſſit vt ſi nec ipſis teſtes eſſe liceat, l. is cui §. fin. l. cui lege ff. de teſtam. l. lex Cornelia §. ſi quis ff. de iniur. l. ob carmen, ff. de teſtib. vel is cuius teſtamẽtum iniuſtum, ruptum, aut irritũ pronunciatũ erit §. 1. de hære. quæ ab inteſt. defer. vt nec ex eo adita ſit hæreditas, aut poſtremo qui nullũ teſtamẽtũ fecerit l. inteſtatus ff. de verb. ſigni. ſicuti cũ de tutore creãdo quæritur, inteſtat9 is eſſe cẽſetur qui tutorẽ nõ dederit, §. 1. qui teſta. tut. dar. poſſ. Cęterũ quoties de inteſtatorũ ſucceſſionibus diſputamus illud primô re-

petendum eſt, perſonarum quaſdam ſui iuris reliquas alieno iuri ſubiectas eſſe; & earum quę alieno iuri ſubiectę ſunt, alias in poteſtate dominorum, cæteras in poteſtate parentum verſari §.1. de his qui ſunt ſui vel alien. iur. Porro in ſeruis hęc eſt regula, eos nec ſucceſſores habere nec alijs ſuccedere poſſe, l. ſeruus C. domin. de ſucceſſ. cũ enim l. etiam inteſtatorum hęreditas obuenire dicatur, l. lege ff. de verb. & rer. ſig. non poteſt in ea mancipij aliqua haberi ratio, quocirca nec mater ancilla filio, nec fili⁹ matri ſuccedere ex Senatuſc. ſolet, l. 1. & 2. ff. ad S.C. Tertyl. niſi moram in libertate præſtanda paſſi fuerint, l. 1. ff. de ſuis & legit. hęred. l. fin. C. ad SC. Orſ. & proximitatis quoque iure nullam facile ſeruilem inueniri cognationem Vlpianus reſpondit, in l. 1 ff. vnd. cog. Quinimo ancillę dominus liberi hominis cum quo contubernium hæc

habuit per hanc cõiunctionem vendicare ſucceſſionem non poteſt l. ancillę C. com. de ſucceſſ. Ergo totam ſucceſſionis rationem in liberis hominibus accipiamus §.1.de ſeruil. cognat.apud Iuſtinian. ſic vt libertinos ab ingenuis non ſeiungamus l. filium C.de ſuis & legit. hęred.§.1. de ſeruil. cog. At vero in his omnibus eos ſolos qui patresfamilias fuiſſent veteris iuris ciuilis pręceptis contineri negare non poſſumus, quia filijfamilias licet ciues quidem Romani eſſent, ſibi tamen heredem haberi non poterant, l. ſi pater filium ff. vnd. liber, ſed omnia parentibus acquirebãt, quod nedum in paganis ſed in militibus erat conſtitutum, ſi non expreſſè ſuo iure vſi fuerint l.2.ff. de Caſtrenſ. pecul. l. fin.ff.ad SC. Tertyl. Primus autẽ Cõſtantinus Magnus bona eis materna habere permiſit l.1.C. de bon. mater. Arcad. & Honor. ea quę ex materna

linea obuenerint adiecerunt l. 2. C. eod. vt ſolus vſusfructus integer parenti acquiratur, aut pro virili ſi emãcipatus filius vel nepos fuerit, quod Theodoſius iunior. & Valēt. 3. ſanxerũt in l. ſi viua C. de bon. mat. vt & ius illud licet ad ſecunda vota pater migrauerit adhuc ſit habiturus ex Leonis & Anthemij conſtitutione, in l. fi. C. eod. tit. & Iuſtinia. defuncti filij liberos, quinimo & fratres quocunque matrimonio natos patri prӕferendos cenſuit in l. fin. C. commu. de ſucceſſ. Iidem Theodoſ. Iunior & Valent. 3. materna filijs reſeruanda cenſuerunt, quæ pater quoquo beneficio ab eorum matre, vel altero eius nomine acceperit, ſi demum eis nouercam inducat l. generaliter C. de ſecund. nup. §. ſi vero expectet de nup. coll. 4. pro quibus etiam vniuerſa patris bona tacitè Iuſtinianus aſtrixit, l. ſi quis prioris §. fin. C. de ſecund. nupt. ac

diſſidij pœnas addidit l.penul.§.fi.C.
eo.tit.& id omne matris exẽplo conſtitutũ eſt, quę omnia à priore cõiuge accepta lucra liberis ei⁹ matrimonij ex Gratiani Val.2.& Theod.Magni conſtitutione reſeruare iuſſa eſt ſi ad ſecunda vota trãſierit, l.3.C. de ſecũd nupt.quod & in ſecũdo & tertio coniugio obſeruandũ eſſe conſtat, in l.cum alijs C.eod.tit.Leo mulieris reliquas facultates implicat, in l. hac ædictali§. hac edictali §. omnibus C. illo tit.Idque ius nepotibus aut vlterioribus ipſe conceſſit,l.4. C. de bon. quę lib.quod Zeno tandẽ explicat,licet filij ante ſecundas parẽtis nuptias deceſſerint,l.in quibus,C.de ſecund. nupt.quinimo liberis ex pręmortuo filio nõ extãtibus,ex altero matrimonio fratres Leo & Anthemius patri prætulerũt in l.quęcũq; C. de bõ.quę lib. quod verũ eſſe cenſeo ſi dũ ſecũdas nuptias pater eorũ cõtraxerit ſu-

pereſſet filius vt ex eo ius fratri acquiratur, nec in eo eadem eſt quę liberorũ ratio, de quibus Zenonis eſt cõſtitutio, licet enim ex filio nepotes nati ex eo matrimonio dici nõ poſſint, ob id tamen eſſe progenitos negare non poſſumus. Itaque non ex patris iure ſed ex proprio ſuccedunt, quamuis eandem quam pater portionem habituri ſint d.l.in quibus: ergo ſi pater nouercam inducat liberis, ſolum vſumfructum vxoriæ liberalitatis retinere poterit, quod ſi nõ feciſſet optimo iure erat olim retenturus l. 5.§. fin. de ſecũd. nupt. l. hac ędictali §. fin. C. eod. tit. Quod tandem à Iuſtiniano emendatum eſt, & illum virilem tantum portionem pro liberorum numero retenturum conſtituit, in §. quia vero 127. nouell vt fratr. fil. Itaque omni caſu reliquorum proprietatem amittat, quinimo & vſumfructum, quia pariter cum liberis ſucceſ-

ſurus eſt, §. ſi vero de hęred. ab inteſt. venien. coll. 9. Iidem Theodoſ. iunior. & Valent. 3. illa quę ex nuptialibus lucris filijs in poteſtate conſtitutis obtigerint, addiderunt in l. 1. C. de bon. quæ lib. quæ ad liberos integra ac demum ad fratres tranſmittant l. 4. C. eod. ſolo vſufructu parenti ſeruando l. 3. C. eo. tit. excepto ſi quid ab eodem profluxerit, nè parentum circa liberos munificentia retardetur. l. 2. C. de bon. quæ lib. Leo & Anthemius Sponſalitias largitates ſuperioribus adnectunt in l. non ſine C. eodem titu. Iuſtinianus primum ea quę ex fratrum emancipatorum ſucceſſione obueniunt l. fin. C. ad. SC. Tertyl. Nam & ea deinde emancipatis quoque fratribus ab eodem Imperatore reſeruata ſunt ſolo vſufructu apud patrem remanente, l. de emancipatis C. de legit. hęred. tandem aduentitia omnia iuris quoque conceſ-

ſit quorum vſumfructum pater tantum habere poſſit, l. cum opportet, C. de bon. quę lib. vt & eorum quę à principe vel ab Auguſta ei donata fuerint, l. cum multa C. eod. Itaque olim cum de filiorum ſucceſſionibus ageretur, hoc de his qui ſui iuris eſſent neceſſario accipiendũ foret, hodie ex quacunque cauſa ſi non profectitia fuerit vſusfructus commodo patri ſeruato filijfamilias hæreditatem explicare poſſumus, cũ autem de inteſtata ciuis Romani ſucceſſione quęritur ignorandum non eſt. Quæſtionem hanc varijs iuris ciuilis formulis & obſeruationibus adhuc inuolutam iacere. Alio enim iure decemuirali lege nitebantur Quirites, cuius interpretandę aut corrigendæ cauſa media iuriſprudẽtia ſecuta eſt, item beneficium Prætoris quo multa ex veteris iuris duritiè emendata ſunt Senatus quoque decreta

creta, ac poſtremo principum & potiſſimum Iuſtiniani nouellæ conſtitutiones latę, quibus vt poſterioribus maxima totius rei clauſula continetur, ac verum eſt quod ait Caius hæreditatem ad nos pertinere aut veteri iure, aut nouo l. 1. 2. 3. ff. de petit. hæred. quæ omnia prout ratio ſucceſſionum & temporum exiget coniungemus, quò facilius vniuerſam Hiſtoriã delatæ inter Romanos ſucceſſionis oculis ſubijciamus.

In ſucceſſionibus igitur inteſtatis prima & perpetua eſt regula, vt liberorum in infinitum prior & ſemper potior ratio fuerit l. ſi mater C. de ſui & leg. quod tamẽ non pariter obſeruatũ fuiſſe adnotamus: lex xij. tab. ſuos tantum heredes vocabat, i. quos in poteſtate defunctus habuiſſet & primum ab eo locum obtinuiſſent §. 1. de hered. quæ ab inteſt deffer. l. 1. § ſuos ff. de ſui & legit. licet Politianus

ſe penitus qui ſui dici poſſint ignorare fateatur. & hos adeo iure vocari lex voluit, vt nec his aditio neceſſaria foret l. in ſuis ff. de ſui & legit. quia domeſtici heredes eſſent l. in ſuis ff. de liber. & poſthum. nec eadem ratione aliquid pro herede illis exiſtentibus vſucapi poterat, l. nihil C. de vſucap. pro hered. quia ignorantes etiam heredes fierent §. ſui autem de hered. quæ ab inteſt. deffer. l. apud hoſtes C. de ſui & legit. quocirca in ſuis hæredibus nullus erat ſucceſſioni locus l. 1. §. ſciendum ff. de ſui & legit. quia ipſi per legem dati perpetuo eſſe cogebatur l hæreditatis §. ſui de caſtrenſ. pecul. l. 1. §. qui autē ff. ſi quis omiſſ. cauſ. teſtam. ſi ſe prætoris beneficio non abſtinuiſſent l. ei, l neceſſarijs ff. de acquir. hæred. quod tamen de poſſeſſione non accipio vt ex eo poſſeſſores viderentur, quia hęc facti eſſe dicatur l. 3. §. ſi ver. l. cum hæredes

ff. de acquir. poſſe. Et quidem ſuos non ſolum natos, ſed & poſthumos interprætamur l. inteſtato C. de ſuis & legit. hæred. è re enim ipſorum eſt vt pro natis habeantur l. qui in vtero ff. de ſtat. homin. ſi modo eo viuo de cuius bonis quæritur concepti fuerrint l. Titius & ll. ſequen. ff. de ſuis & legit. hæred. l. 1. §. ſi quis proximior ff. vnd. cogn. item ex iuſtis nuptijs procreatos filios vel in eorum locũ ſuccedentes nepotes, qui delatæ ſucceſſionis tẽpore præceſſerint l. 1. §. ſi filius §. ſed & ſi quis §. interdum ff. de ſuis & legit. Spurios enim non recipimus l. ex libera C. de ſuis & legit. l. ſi Spurius ff. vnd. cogn. licet illos non vetabatur olim parens ex teſtamento hæredes inſtituere, quia ciues Romani eſſent, cùm & ad honores admittantur l. generaliter §. ſpurios ff. de muner. & honor. & ſucceſſionum incapaces non iudicentur. l. modeſti-

nus ff. vnd.cog.l.1 & 2.ff.ad.SC.Ter. quæ tamen peregrinis non paterent, l.1. C. de hæred.inſtituend. quin etiã matris teſtamentum inofficioſum ab his argui poſſet. l.ſi ſuſpecta §.1. ff.de inof.teſt.ſi non illuſtris foret mulier, cui iniurioſum fore Iuſtinianus exiſtimat ſpurios filios nominari l. ſi qua C. ad SC. Tertyl. tamen vt efrenatam parentũ libidinem Arcad. & Honor.retinerent, extantibus legitimis aut matre, plus vncia ſpuriis dari ex patris teſtamento paſſi non ſunt l.2.C de natur.lib. vel ſi ex his aliqui nõ extiterint, trib9 vncijs quod, demũ Iuſtinianus vſque ad ſemiſſem ſucceſſionis extendit in l. humanitatis C. de natur.liber, & ſolos liberos non etiam matrem ad hunc modum naturales coarctare præcepit, ſed & id plenius concedit, vt non extantibus legitimis liberis, aut parentibus, tota eis dari ſubſtantia poſſit: his tã-

men poſtremis ſuperſtitibus legi
ima reſeruanda ſit §. ſit vero §.fin.
quibus mod. natur. effician. ſui au-
then. licet C. de natur. liber: am-
plius quoque permiſit auo, nepo-
ti naturali, vel quia ipſe naturalis
ex filio naturali natus fuerit, aut
quia ipſe ſolus naturalis patrem legi-
timum habeat, vel poſtremo quia ip-
ſe legitimus ex patre naturali ſit pro-
genitus, legitima ſobole non extante
omnem ſuam ſubſtantiam relinque-
re, quoniam vt ait ipſe leges quibus
ad certum vſque modum natura-
libus conſultum eſt de filijs tan-
tummodo loquerentur, quorum ap-
pellatione nepotes nō contineri cer-
tum eſt, l. quod ſi nepotes ff. de te-
ſtam. tut ea eſt l. fin. C de nat. lib. Ab
inteſtato ſi & ſoboles & cōiunx legi-
tima deſit, duas ipſi naturales paternę
ſubſtantiæ vncias ſunt habituri, alio-

quin ſaltē boni viri arbitrio exhibēdi ſunt, prçterquàm ſi ex adulterio aut inceſto coitu natos dicamus, quos nec alimentis dignos Iuſtinianus credidit nouella 89. in auth. licet C. de natur. liber. quod tamen mitius Clemens 3. decreuit à parentibus eos pro modo facultatum alendos, cap. cum haberet de eo. qui. dux. in matrim. quam poll. per adult. Porro legitimo iure vel ſecutis nuptijs aut curię oblatione, vel principis reſcripto donatos liberos vt omnino ſuccedere poſſint accipimus, l. ſi quis l. diui. l. Iubemus, C. de natur. lib. §. 1. quib. mod. natur. effic. ſui & §. 1. quib. mod. natur. effic. legit. ſic tamē vt qui curiæ oblati fuerint ſoli patri non etiā reliquis agnaſcantur, & nō ſolum ſi legitimos pater non habeat, ſed & ſi habeat, vt nō plus accipiant oblati quàm vnus ex legitimis cui minus datum ſit, exemplo ſecundò nubentis coniugis, l. có-

munium §. fin. C. de natur. liber. Sed & oblati filios ſuos hæredes habere poterunt omni iure curię obſeruato, quibus ſi deſijt ſoboles mater tertiam partē, curia duas eſt habitura & hac non ſuperſtite paterna curię addicuntur materna ſucceſſoribus ab inteſtatô dantur niſi ſit aliquis ex defuncti cognatis qui ſe curię alligare velit, quo facto ipſe paterna capiet matri cum reliquis cohæredibus nedum tertia pars, ſed & vniuerſa reliqua pręſtabuntur, l communium C. de natur. liber. Addas amplius, liberos etiam adoptiuos intelligi §. 1. de hæred. quæ ab inteſt. defer. l. ſi te parens, C. de ſui & legit. quod tamē Iuſtinianus vt voluerit accipi ſua cōſtitutione explicat, in l. cum in adoptiuis, C. de adopt. §. ſed ea de hęred. quę ab inteſt. defer. Eos autem omnes ſic demum recipimus ſi modo his viuis delata fuerit hæreditas. itaque accidit

aliquãdo vt qui eo tempore quo paterfamilias moritur ſuus ei non fuerit tãdẽ nihilominus efficiatur, veluti ſi quis filiũ exhæredauerit & ex eo nepotẽ præterierit, mox deliberante ſcripto herede filius deceſſerit, poſtea repudiauerit heres: nã eo caſu nepos ſuus heres eſt, nec pater videbitur obſtitiſſe poſt cuius mortẽ legitima defertur hæreditas, §. cũ autẽ de hæred. quę ab inteſtat. deferũtur, l. 1. §. ſciendũ ff. de ſuis & legit. hęred. Quãuis in hac ſpecie nepos præteritus aui teſtamentũ nõ rumperet, quia mortis tẽpore ſuus nõ fuerit, quod vt rũpat deſideramus, l. ſi quis filio ff de iniuſt. rupt. l. ſi quis filium C. de inof. teſtamen. cum tamen in ſucceſſione inteſtata ſuum appellemus qui deſtituti teſtamẽti tẽpore primum locum obtinuerit, l. ſi quis poſthumos, §. ſi filiũ ff de liber. & poſth. quod ex inteſtati ſignificatione ſupra latius explicui.

mus & hoc eſt quod Papinianus ait, hærcdẽ qui non obſtat iure inteſtati iure tamen teſtati obſtaturũ l. ſcripto ff. vnd. liber. generaliter enim in hoc vniuerſo inteſtatæ ſucceſſionis genere, proximum eũ accipimus qui tunc cũ repudiatur hæreditas primus eſt l. 2. §. proxim. ff. de ſuis & legit l. 1. l. ſi ex duobus ff. vnd. legit l. 1. §. ſi quis proximor ff. vnd. cognat. difficilius itaque rumpetur teſtam. à ſuo quàm ipſe ab inteſtato ſuccedet, quia illud odium, hoc fauorem ſummum contineat, l. vel negare, ff. quẽad. teſtam. aper l. ſi pars ff. de inof. teſt. At de eo dubitatũ eſt qui moriente ꝑnde apud hoſtes eſſet, vel cuiꝰ pater apud hoſtes mortuus fuerit, an tanquã ſuꝰ ſuccedere poſſit, & vtroq; caſu nõ ambigitur iꝰ eſſe legitimę ſucceſſionis, quod vel lex Cornelia aut ius poſtliminij cõſtituit, §. ſi ab hoſtib. quib. mod. ius patr. poteſt ſoluit. Ex quibus liquidô

conſtat nec emancipatos, nec ex filia nepotes auo vel auiæ maternis nec filios matri, vel auię paternę ea lege ſucceſſuros, quod tamen poſterioribus temporibus emēdatum eſt, & primo quidem Prætoris edicto cautum, vt liberi capite minuti quamuis legitimas hęreditates quæ ex lege xij tabu. obuenerunt perdiderint, l. capitis, ff. de ſui & lęg. l. tutelas, ff. de capit. dimin. tamē ad bonorũ poſſeſſionē parentũ *Vnde liberi* vocētur, niſi adoptiui fuerint, quaſi in his omne agnationis veſtigiũ imminutione capitis perimatur, l. 2. ff. vnd. liber. & ſi nō prius quam poſtulent conditionem ſuam mutauerint, l. fin. ff. eod. Itaque ſolet emancipatus alijs qui in poteſtate remanſerint vel etiam proprijs liberis iũgi, quos in aui familia reliquerit, vt ex eius ſucceſſione dimidiam habeat reliquum liberi ei⁹, quo caſu his quoque ſolis bona ſua conferat, ac ita de-

mum nepoti obſtet ne ſuccedat auo, ſi & hic emancipatus fuerit, l. ſi quis ex his, ff. vnd. liber. vnde reſcriptũ eſt non alio modo nepotem aui facultates habiturum quàm ſi per bonorũ poſſeſſionem ad huiuſmodi beneficiũ peruenerit, l. qui ſe patris C. vnd. liber. quod intra annum concedi ſolebat, quamuis extraneis centum dies ſolummodo in bonorum poſſeſſione petẽda Prætor largiretur, l. 1. §. largius. ff. de ſucceſſ. edict. vtriq; ex quo vero ſimiliter ſibi delatã eſſe petitionis cauſam nõ ignorauit, l. pen. §. fin. ff. vnd. cognat. inde quoque bonorũ inter ſe conferendorum ius Prętoris natũ eſt edicto, nè minutus capite filius qui propria quædam retinuiſſet, alteri in poteſtate conſtituto, quique omnem induſtriã hæreditati paternę adiecerit inuidioſus eſſet, l. 1. ff. de colla. bono. & hoc ſolum in ſucceſſionibus inteſtatis ante Iuſtinianum ius

honorarium conſtitu erat quaſi teſtatus pater qui nihil de conferendis bonis emãcipato iniunxerit aliter voluiſſe videretur l.1. & auth. ſeq. C. de colla. deinde Orfficiano SC. M. Antonini Commodi temporibus rogato filijs matrum ſucceſſiones reſeruatæ ſunt, vt omnibus præferãtur §.1. de SC. Orffic. l.1. C. eod. licet ex diuerſis nuptijs procreati fuerint l. matris ff. ad Tertу. & in poteſtate patris eſſent l. ſacratiſſimi ff. eo. ſic etiam vt ſpuriorũ aut. legitimorũ diuerſarũ ratio haberi nõ poſſet, l.1. ff. ad Tert. §.1. nouiſſime eo. apud Iuſtin. præterquã ex eo quod Iuſtiniani ſanctione cautũ legimus in l. ſi qua illuſtris C. eo. tit. quod pluribus infra enodabim⁹. Tertio Valentinia. 2. Theodoſ. & Arcad. emendatione dignum putarunt illud quod de nepotibus ex filia diximus nè ex l. xij. tabu. auo vel auiæ maternis, vel ex filio nè, auię paternę ſuccederẽt quia

ſui non viderētur §.1.de patr.poteſt §.
fæminæ de adopt. ſed ſolo cognatio-
nis iure poſt omnes agnaots vocaren-
tur l. Modeſtinus ff. vnde cogn.l. ne-
potibus C. vnd.leg.& vn. cog. ideo-
que ſi cum alijs deſcendētibus etiam
ſuis veluti filijs aut ex filio nepotibus
cōcurriſſent, AA.decreto cum dimi-
nutione tertiæ partis vocabantur, ſi
cum tranſuerſalibus agnatis quartam
ſubſtantiæ defuncti portionem his
reſeruabāt l.ſi defunctus C. deſui & l.
illā C.de colla.quod poſtremum pri-
mo Iuſtinianus emendauit in l. fin.
C. de ſui & leg. hered. §. fin. de hæ-
red.quæ ab inteſt. illud tandem in §.
neque illo de tri. & ſemiſſ. colla. 3.
tuth. quæ tertiæ C. de colla. ex qui-
bus hodie ſine an aliqua diminutione
ſucceſſuri ſunt ſed & ijdem AA. vbi
auiarū ſucceſſio diſcutitur capitis di-
minutionē pater nam aduerſus liberos
non eſſe quærendam conſtituunt, in

l. vbi auiarum C. de ſui & leg. quod Iuſtinianus generaliter in deſcendentium ſucceſſione præcepit in §. 1. de hæred. ab inteſta. venien. coll. 9. auth. in ſucceſſione, C. de ſui & legit. hęred. quo modo recte Accurſius vetus edictum de coniungendis cum emancipato liberis ſublatum exiſtimat, alia tamen obſeruatione retenta, vt in recta linea perpetuo repreſentationi locus ſit, l. vt inteſtato, C. eod. & in Stirpes diuidatur ſucceſſio non in capita vt ſi ex vno pręmortuo plures, ſuperſint, ſemiſſem hi omnes alterũ ſuperſtes filius habeat, quod etiã verũ eſt ſi ex vno vnicus ex altero plures adſint, l. nepotes C. eo. tit. l. Papinianus, §. proinde ff. de inof. teſta. itaque verum ſit quod Iuſtinian. admonet interdum proximiorem vlteriori potiorem non haberi, §. repetitis de ſeruil. cognat. §. cum filius de hæred. quæ ab inteſt. deferun. lib. 3. Inſt.

quod legis xij. tab. verbis fortaſſis cõtinebatur quibus non ſui tantum ſed & qui in ſuorum locum ſucceſſiſſent admitti poterant, quo etiam nomine vxor quæ in manum mariti côueniſſet aut nurus ſocero ſui hæredes loco cenſebatur, quod Vlp. in frag. inſtitu. memorat, ac tandem in teſtatorũ hęreditatibus lege Velleia. qui in locum ſuorum hæredum ſucceſſiſſent inſtituendi aut nominatim erant exhęredãdi ne teſtamẽtum rumperẽt, l. Gallus, l. ſi quis poſthumos, ff de lib. & poſthum. & hæc de liberis ſufficiant.

SEQVITVR aliud caput legis xij. tab. quo poſt ſuos ſtatim conſanguinei vocãtur, l. 1. §. fin. ff. de ſui & legit. §. 1. de legit. agnat. ſucceſſ. l. defunctis, C. de legit. hæred. Cõſanguineos autem Caſſius definit eos qui ſanguine inter ſe connexi ſunt, quo ſenſu & ſorores continebuntur. l. Iuriſconſultus

§. ſecundo gradu ff. de gradibus l. 1. l. 3. l. in ſuſcceſſione C. de legit. hered. a patre tamen emancipati intelligi non poterunt, quoniam agnati eſſe deſinant, ſed his bonorum poſſeſſio vnde cognati erat neceſſaria. l. legitimi ff. vnd. cogna. quo modo intelligēdum eſt Dioclę reſcriptum in l. 1. C. comm. de ſucceſſ. licet enim duo tantū in lege xij. tab. ſucceſſionum eſſent capita, ſuorum & agnatorum, gradus tamen ipſorum in conſanguineis non ordo dinumeratur. Parentibus vero liberorum non ita vt liberis parentum debebatur hęreditas l. ſcripto §. fin. ff. vnd. liber. niſi manumiſſor pater contracta fiducia manumiſiſſet §. fui de legit. agna. ſuc. eſt autem fiducia manumittere, his omiſſis quæ a Budæo Ferreto & alijs referuntur, vt Caius in inſtitutionibus docet, cum filius maſculus tribus emancipationibus de patris poteſtate exit, quæ ad ſimilitudi-

nem venditionis fiebant & in his. præter certum patrem alius adhibebatur qui fiduciarius nominabatur cui naturalis pater filium ſuum mancipabat, hoc eſt manu tradebat vno vel altero nummo ad ſimilitudinem emptionis accepto & iterũ acceptis nummis fiduciario tradebat, idque ſecundo & tertio fieri moris fuit, tamen cum tertio mancipatus à patre naturali fiduciario fuerit hoc agebat ille vt ei à fiduciario remanciparetur & à naturali filius manumitteretur, vt ſi mortuus fuerit ei fiduciarius non ſuccederet, ſed naturalis, quo caſu etiã legitima ei deferebatur ſucceſſio, quod media iuriſprudẽtia compoſuit l. ſi ad patrem ff. de ſui & legit. & id ante conſanguineos accipiendum eſt, quia ius patrium in ſucceſſione ſibi ſeruaſſe videretur, ſed & id probatur ex eo quod reſponſum eſt ſi ſit conſanguinea ſoror defuncti, item mater &

pater adoptatus vel emancipatus eam cum matre patri præferri, quaſi id in manumiſſore qui fiducia contraxerit nõ ſit verum l. 2. §. ſi ſit ff. ad SC. Tert. non manumiſſor ergo pater vt qui à patre ſuo in adoptionem datus eſſet vel emancipatus, nepote in familia retento ex edicto prætoris bonorũ poſſeſſioné petere non vetabatur, ſed hic demum poſt agnatos & legitimos §. & primo loco de bonor. poſſe. l. 2. §. ſi ſit agnatus ff. ad Terty. in matre quoque effectum eſt Tertyliano SC. vt licet ipſa filio agnata non ſit ſed cognata. §. ſunt autem de legit agn. tutel. tamen agnatis omnibus præferatur ſi ingenua trium liberorum, libertina quatuor mater eſſet, ſic tamen vt ei liberi omnes defuncti ſui quidem tàm naturales quàm adoptiui præferrentur ex ſuperiori capite, & l. 2. §. liberi l. æquiſſimum l. ſi quis ff. ad Tertyl. ſi modo matris hæreditatem ad ſe

pertinere velint, quinimo & filia in adoptionẽ data, cum matre ad bonorum poſſeſſionem admittebatur *vnde proximi cognati* l. 2. §. ſed ſi quis ff. ad Tertil. Item pater naturalis l. in ſucceſſione C. eod. l. 2. §. obijcitur l. patrem ff. ad Tertyl. ſi non agnatus etiam ſupereſſet, & pater nõ manumiſſor eſſet, tunc enim matrem admittimus, quia agnatus patrem vincat & hæc agnatum ſuperet l. 2. §. ſi ſit ff. ad Tert. Multo magis ſi ſit defuncti conſanguinea quæ & patrem non manumiſſorem vincat, ac mater cum ea præferẽda ſit, vel ſi mater ipſa ſoror conſanguinea fuerit, vt puta quoniam pater matris nepotem ſuum ex filia adoptauit l. 2. §. ſi ſit §. ſed ſi ipſa ff. ad Tert. Tertio frater conſanguineus cum ſorore vero parentes admittebãtut, ſed & hec matrem excludere poſſet ſi cum fratre fuiſſet l. 2. §. ad Tertyl. §. pręferuntur eodem apud Iuſtinia. Auus autem

vel alius quilibet manumiſſor ei prçferendus non eſt, quamuis fiducia contraxerint, l. 2. §. ſed neque ff. eod. niſi & ipſe pater ſit, tũc enim auus potior habetur, quoniam ſi mater hunc excluſerit qui tamen patri anteponitur, edicto Prætoris inducetur pater defuncti, quo admiſſo mater excluditur & rurſus auus vocaretur. Itaque ne hac inextricabili ambage vtamur rectius eſt auo ius ſuum conſeruare, l. æquiſſimum ff. ad Tertyl. vt & alibi quia inutile & fruſtratorium fideicommiſſum à pluribus inuicem relictum foret Papinianus improbat, in l. cum pater §. pater qui filio, ff. de leg. 2. Quarto ſi liberis impuberibus tutores non petierit mater repellenda eſt, l. 2. §. fin. ff. ad Tertyl. l. matres, C. eod. vel ſi Tutrix ipſa ad ſecundas nuptias conuolans alios ſubrogari non petierit, l. omnem C. eod. tit. à quibus tamen minor. viginti quinq;

annis mater ętatis beneficio ſubleuari poteſt l. 2. C. ſi aduerſ. delict. poſtremo quæ ſecundis ſeſe nuptijs funeſtauerint ea omnia quę à deffunctis filijs acceperint, ſi ſint paterna eius matrimonij liberis reſeruare coguntur l. mater C. ad Tertyl. quod Iuſtinianus poſt maximas altercationes approbauit quas ibidem Accurſ. adnotat §. hinc nos de nup. coll. 4. ſic tamen vt quantũ ex pacto non exiſtentium liberorum ei acquiretur retinere poſſit §. hoc autem de non elig. ſec nup. §. quoniam infirmas de nup. colla. 4. veluti ſi fingas pactũ. vt exiſtentibus liberis dimidiam partem donationis propter nuptias lucretur, mulier non exiſtentibus integram & plures extiterint liberi quorum vnus tandem deceſſerit eo caſu adhuc dimidiam partem eius portionis retinere poterit authent. ſed & ſi quis C. de ſecund. nup. quod omne ad patrem qui cum ma-

tre hodie ſucceſſurus eſt porrigẽdum eſſe omnes exiſtimant, & recte quia quæ de mulieribus ſecundo nubentibus præſcribuntur, ad maritos extendi non ambigitur l. generaliter C. de ſecund. nupt. Porro de auo vel auia ſuccedentibus nullæ ad Iuſtiniani vſque tempora rogatæ ſunt conſtitutiones. itaque hæc ſunt de parentibus & fratribus antiqui iuris monumenta ad Conſtantini vſque Imperium, quo primum ius SC. Tertyliani emendauit, vt mater quæ liberos non haberet cum agnatis filio ſuccederet, quæ liberos haberet vterino fratri defuncti (nam cõſanguineus matri præferebatur) item patruo eiuſque filio vel nepoti non vlterioribus trientem reſeruaret l. 1. 2 & 7. C. Theod. de legit. hæred. Iuſtinianus noſter adhuc hoc ſuſtulit & matrem in ſolidum vocat niſi cũ fratribus & ſororibus defuncti concurrat, nam cũ his dimidiam ha-

bet alteram illæ vt olim cum fratribus ſolis aut his etiam cum ſororibus extantibus virilem §. ſed cum antea de SC. Tertyl. l. fin. C. ad Tert. Rurſus ſi pater & mater concurriſſent mater ex SC. Tertyliano excludebatur & pater à filijs proprijs defuncti fratribus emancipatis: ſui enim nihil poterant vincebatur vt diximus, ſed ex Iuſtiniani conſtitutione ſi defunctus ſui iuris eſſet pater & mater qui vixiſſent beſſis vſum fructum habebant fratres & ſorores integram proprietatē & trientis vſumfructum retinebant. quod ſi defuncta perſona in ſacris paternis mãſiſſet tunc pater aſſis vſumfructum mater cum fratribus & ſororibus proprietatem accipere poterat cum his quidem dimidiam cum cæteris vel omnibus ſimul virilem l. fin. C. ad SC. Tertyl. quæ poſtrema diſtributionis ratio ab eo. Imperatore emendata eſt & cum omnibus fratribus & ſorori-

bus virilem mater eſt habitura §. & quoniam de nup. coll. 4. de fratribus quoque Anaſtaſiana lata eſt conſtitutio, qua ex reſcripto principis pater filium emancipans impetrare potuit vt eod. modo huic quo & ſi manumiſſus non eſſet fratribus ſuccedere liceret l. ſi ab eo. C. de legit. hæred. vel ſi id non impetraſſet cum diminutione aliqua admitteretur vt ſcilicet integer frater duabus partibus amplius quàm emancipatus haberet l. frater C. de legit. tut. l. ne lucrum C. de curat. furioſ. quod & poſtremum Iuſtinianus emendauit in l. fin. C. de legit hæred. & §. fin. ſerui. cogn. lib. 3 Iuſti. ſic tamen vt pater qui ſuperfuiſſet omnibus hic ex contracta fiducia præferendus eſſet alijs non manumiſſor poſt agnatos numeraretur donec ab eod. Iuſtiniano edicta eſt conſtitutio, qua perpetuo patrem contracta fiducia manumiſiſſet videri voluit in l. fin. C. de

emancip.liber.itaque nullus locus ex-extraneo, manumiſſori relictus eſt qui poſt decem perſonas ad bonorum poſſeſſioné vocabatur §.tertio x. perſonis de bono poſſe. item alia demum ſanctione apparet qua fratribus ſolis proprietas patri qui quoquo modo abſolutos filios à poteſtate ſua habuerit vſusfructus relictus eſt, ſic tamen vt quæ à matre accepta fuerint, vterinis ſi ſuperſint ſeruētur, & hoc eſt quod vulgo dicitur materna maternis præſtari, in l. de emancipatis, C. de legit. hæred. quod & ipſe Iuſtinianus tandem generaliter in filijs in poteſtate conſtitutis annuit cum aduentitia omnia quæſita patri pro vſufructu ſolo relinquenda cenſuerit, in l. cum opportet C. de bon. quæ lib. Ex quibus omnibus patet vterinis fratribus prioribus temporibus ſubuentum non eſſe donec Leonis & Anthemij oraculo cautum eſt vt quæ ex dote aut alia nu-

ptiali donatione patris vni obuenerint qui ſine prole aut eiuſdem matrimonij fratribus deceſſerit, alijs ex quoquo matrimonio ſuperſtitibus quærantur, l. 4. C. de bono. quæ liber, quod & in linea materna Iuſtinianus noſter addidit, in l. fin. C. commun. de ſucceſſ. idemq; de omnibus maternis conſtituit, in l. de emancipatis, C. de legit. hæred. Denique in vniuerſum ad omnem omnino defuncti fratris ſucceſſionem vterinos admiſit, in l. fin. C. de legit. hæred. Item in liberorum ſucceſſione matrem patri hucvſque prelatam ex ſuperioribus conſtitutionibus apparet, quinimo patrem omnino excludi, ſi non de vſufructu ſucceſſionem eius acceperis, ſed & hunc in hos tantum liberos concedi Iuſtinianus voluit, qui in poteſtate fuerint, emancipatos enim aut alio modo patrio iure liberatos tanquam patresfamilias

reſpexit, in l. cum oportet, C. de bon. quæ liber. ſed hęc in nouellis conſtitutionibus mirum in modum tàm in fratrum quàm in parẽtum ſucceſſione ſunt emendata. Et primo quidem conſtituto eo quod de patre & matre iã diximꝰ adhuc obſeruato, vt fratres vtrinque coniuncti cęteris potiores habeantur, quod & ante nouellas cõſtitutiones præcenſerat, in l. fin. C. de legit. hęred. tandem cõſanguineos & vterinos pariter admiſit ſic vt à matre quæſita vterinis adjiciantur à patre conſanguineis relinquantur, §. Itaque de conſang. & vterin. fratr. coll. 6. auth. Itaque C. comm. de ſucceſſ. & hoc eſt ſæpius repetitum paterna paternis materna maternis adiudicari, l. de emancipatis, C. de legit. hęred. hoc tamen quod de conſanguineis & vterinis iungendis retulimus in quærela inofficioſi nondum etiam hodie obſeruandũ putem, nã in ea vterinis

conſanguinei præferuntur, l. fratres, C. de inof. licet per contrarium pater in ea fratribus omnibus pręponatur, l. 1. l. pater filium l. nam etſi ff. de inof. Sed an ſi conſanguinei quęrela egerint poſſint his vterini in legitimam hæreditatem concurrere quod aliqui etiam doctiſſimi non exiſtimant ex l. filio, ff. de inof. cõtra iudicarem ego quoniam legimus eos qui alioquin conqueri non poſſunt ex aliorũ perſona venire non prohiberi, quod in exhæredatis aut inſtitutis patet, qui commiſſo edicto à præterito non repelluntur, l. ſi poſt mortem §. fin. ff. de bono. poſſe. cont. tab. l. is qui ff. de leg. pręſt. & generaliter reſponſum eſt, reſciſo per quærelam teſtamento omnibus viam qui ab inteſtato venire poſſunt patere, l. qui repudiantis, ff. de inof. non obeſt, l. filio, ff. eod. quoniam cùm per hanc quærelam in ea ſpecie omnino teſtamentum non

rumpatur alio filio hærede inſtituto, l. circa ff. de inof. merito is ſolus qui egerit pro parte ſua rumpit cùm aliorum vel exhæredationes aut præteritiones quæ pro exhęredatione ſint hac inſtitutione ſuſtineantur, l. non putauit ff. de bono. poſſe. cont. tab. quod dici non poteſt fratre quęrelam mouēte, cum eo ſolo caſu agere poſſit, quo turpis ſit perſona inſtituta, quo modo omne teſtamentum corrumpi neceſſe eſt, vt nec aliqua ſui parte ſuſtineri poſſit quocirca omniũ ab inteſtato venientium par incipit eſſe cauſa. Sed ad rem redeo & aliam Iuſtiniani noſtri nouellam conſtitutionem adiungo qua decreuit ſuperiora corrigens, vt ſi vnus ex filijs decedat patre & matre ſuperſtitibus, quibus & alij ſuperſint filij, defuncti fratres aut ſorores, vtrinque tamen cōiuncti omnes pariter provinli admittantur, nulla ſexus aut patriæ

poteſtatis obſeruata differentia ſic vt eo caſu nullum ſibi pater vſumfructum in filiorum ſuperſtitum portione vindicet, ſed & hoc non modo in patre & matre quin etiã in cæteris aſcendentibus graduum admiſſa prærogatiua vt ſoli qui proximiores fuerint admittantur pręcepit, in §. ſi igitur defunctus de hæred. ab inteſt. venien. colla. 9. auth. defuncto, C. ad Tertyl. Licet ante Iuſtinianum nullæ de auia materna fuiſſent conſtitutiones, ſed cum auo materno poſt agnatos tanquam vna ex decem perſonis ad bonorum poſſeſſionem admitti poterat, l. Modeſtinus ff. vnd. cogn. §. 1. de bon. poſſ. auiam autem paternã agnatam fuiſſe non dubitatur & inter agnatos cum auo paterno poſt matrem ſi fiducia contracta manumiſiſſet ſuccedere potuiſſe conſtat, l. 2. §. neque auus, ff. ad Tertyl. ſin minus inter x. perſonas numerabatur. Ita-

que ipſis frater aut ſoror pręferendus erat, l. in ſucceſſione, C. de legit. hæred. Cæterum parentibus non extantibus primum fratres vtrinque coniunctos, demum vero qui ex vno tátum latere contineri Iuſtinianus recipit, in §. ſi igitur de hęred. ab inteſt. venien. coll. 9.

SVPEREST tertium caput ſucceſſionum quod agnatis proximioribus quos ſupra deſcripſimus lege xij. tabularum deferebatur, inter agnatos autem & cognatos hoc intereſt quod in agnatis & cognati continentur: In cognatis non vtique agnati, l. penult. ff. vnd. legit. l. Iuriſconſultus ff. de grad. conſang. Itaque poſt ſuos & cōſanguineos ſtatim proximus mihi erat conſanguinei mei filius, patris quoque frater aut ſoror, & deinceps cæteri qui per maſculos me contingerent in infinitum l. 2. ff. de ſui & legit. hęred.

quo ſenſu accipiendum eſt quod Papinianus reſpondet filium ſine dubio patri agnatum non eſſe, in l. ſcripto ff. vnd. liber. cui ex diametro videtur aduerſari, l. filius, ff. de ſuis. filius inquit Pompon. patri agnatus proximus eſt, & Paulus alibi proximiores ex agnatis ſuos appellat, l. Iuriſconſultus, §. 1. ff. de grad. in quibus locis explicandis varij ſunt noſtri vt etiam aliqui Pomponio negationem addiderint, ſed è re nata hoc totum expediendum eſt, nam ſi generaliter agnatos accipias, certum eſt & filios contineri, cum & hi omnes qui per maſculos nos contingunt intelliguntur, ſin ſpecialiter ex tranſuerſa linea agnatos interpretamur, quo modo Papinia. filium patri agnatum noſtrum eſſe voluit, quoniam hi liberorum vel parentum appellatione intelliguntur. Porro in agnatis tranſuerſalibus de quibus agim⁹ hæc erat

regula, vt proximo. i. quem nemo prçcederet deferretur hæreditas; §. ſi plures de legit.agna.ſucce.l.3.C.de legit.hered.l. 1. C. vnd. legit. quod in omni tranſuerſali linea obſeruatum eſt l. 2. §. ſi quis proximior. ff. vnd. cogna.l.2.§.hçreditas ff.de ſui & legit. & in poſthumis etiam qui naſci ſperátur locum habet l.2.§ .ſi venter ff.qui ord.in bono.poſſe. l.antiqui ff ſi pars hered. pet. ac Iuſtinianus ipſe hanc confirmat regulam in l fin §. ſucceſſionis C.de legit hæred. & in §.ſi vero neque de hçred.ab inteſt. veni coll. 9. vbi ſic demum hanc obſeruationem infringi patitur, cum (vt ait ipſe) filij fratrum cum patruis ſucceſſuri ſunt: itaque inter ſolos patruos & filios fratrum per Iuſtinianum repreſentationis ius inductum eſſe notamus, qui & aduerſus veterem regulam eos inuicem iungit quin etiam defuncti fratris vtrinque coniuncti filios fratri

qui ex altero tantum latere iungitur præferendos conſtituit, §. ſin autem de hæred. ab inteſt. veni. collat. 9. Item aliud induxit vt eo caſu in ſtirpes diuidatur ſucceſſio quæ alioquin in capita ex linea tranſuerſali partienda eſt, l. 2. §. hæreditas, ff. de ſui. & legit. l. 1. §. fin. ff. ſi pars hæred. peta. quod & idem Iuſtinianus ſæpiſſime cõfirmat, l. penult. §. fin. l. fin. §. illo etiam C. de legit. hæred. §. hoc etiam. de legit. agna. ſucceſſ. Ex quibus apparet manifeſtiſſime quàm inepta & ridicula apud iuriſperitos ſit illa diſputatio an in iure primogenituræ præmortui ſenioris fratris filius ſecundo genito fratri præferendus ſit, cum enim conſtat primogenito ius hoc concedi quo tẽpore defertur hæreditas. l. 1. §. proximus ff. vn. cogn. l. 2. §. proximum ff. de ſui & legit. l. 1. l. ſi ex duobus ff. vnd. leg. l. 2. ad SC.

Orffic. quis negabit patruum ſuperſtitem eſſe primogenitũ,quin & proximiorem vt ſi repręſentationis iure hic præmortui fratris filius vti voluerit patruo pręferendus nõ ſit ſed iungẽdus ſolúmodo:hoc enim eſt, quod ei tantum Iuſtinianus conceſſit in d.§. ſi igitur defunctus: ſed hæc inuicem pugnant proximitatis iure & ex cauſa repręſentationis ſucceſſionem aſſerere. cæterũ neutro hunc niti putarem, proximitatis proculdubio, repręſentationis neutiquam, quoniam ius illud nunquàm,patri quæſitum fuerit, ſed ſpem nudam habuit,quæ in deferendis ſucceſſionibus non tranſmittitur l.4.C.qui admitt.nam & in liberis ſupra diximus hoc deſiderari vt ipſis viuis delata fuerit hæreditas, quô ſuccedere poſſint l.1.§.ſciendum ff. de ſui &legit.Item fruſtra quęritur an filij fratrum ſimul ſine patruis ſuccedentes in ſtirpes vel in capita diſtri-

buant hæreditatem, nam cùm iure proximitatis hoc eis concedatur & pari gradu inter ſe numerentur, cur non capitum habenda ſit ratio non video: ſed & Iuſtiniani ad hoc expreſſa verba ſunt in §. ſi vero neque de hæred. ab inteſt veni coll. 9. idque à veteribus prudentibus eum accepiſſe certum eſt, quod etiam rectè Azo cēſuit nec obeſt §. illud palam de hæred. ab inteſt. venien coll. 9. quo ſolo Accurſ. Bartho. & contrariæ ſcholæ authores vtuntur: hic enim locus nihil ad rem pertinet, ſed cum antea conſtituiſſet tunc demū fratrum filios patruis coniungi ſi defuncti parens nō ſupereſſet idē voluit eoſdem ſi ſoli ſuperſint extante parente ſecludi, quod tamen poſtrema eiuſdem conſtitutione emendatum eſt, & ordinatum vt cum parentibus etiam filij fratrum admittantur ſi cum fratribus defuncti concurrant in §. 1. vt fratr. fil. coll. 9. ſed an-

tequam vltro progrediar in eo quod dicitur fratrum vtrinque coniunctorum filios eis etiam defuncti fratribus præferri qui ex vno tantum latere eum contineat: Quæri poteſt an idem ſit in vlterioribus veluti ſi de ſucceſſione filiorum fratris quæratur, an auunculus vel patruus ex vno latere tantum poſtponatur ei qui ex vtraque parte coniungitur quod hoc exemplo poterit explicari, Mæuius cum duos ex priore coniuge filios haberet, Bertam iterum vxorem duxit, quæ item filiam & filium habebat ex marito defuncto, filia vni ex filijs Mæuij nupſit & hinc Caius natus eſt, tandem ex Mæuio & Berta Sempronius, & de ſucceſſione inteſtata Sempronij quæritur que patruum ex vna parte habet Auunculum ex altera item Sempronium qui vtrinque coniunctus eſt, & in hac quæſtione vulgo recipitur ſimul eos

admitti, quoniam à Iuſtiniano inter ſolos fratres & fratrum filios vtriuſque nexus copula cõſideratur, §. ſi igitur de hæred. ab inteſt. veni. coll. 9. Sed & aliud addas, cùm enim his ex agnatione & proximitate deferatur ſucceſſio, ac pariter Iuſtinianus cognatis & agnatis hæreditatem deferri voluerit, § ſi vero neque eo. tit. quod ius ex ſingulis lateribus dignoſcatur, ſatis eſt illud ineſſe ei qui ad ſucceſſionem admitti deſiderauerit. Itaque negare non poſſumus & auunculum eſſe qui frater matris eſt, & patruum qui patris eſt conſanguineus, neque plus eſt frater patris ille qui ex illo poſtremo matrimonio natus fuerit quàm qui ex priore, cùm ex ſolo patre ius illud fraternitatis hauriatur, nec Sempronius amplius matris eſt frater cùm ex ſolo vteri geſtamine proximitatem dignoſcamus, vnde vtroſque hęreditatis ca-

paces eſſe dignoſcitur, quod apertiſſimis verbis Iuſtinianus explicat, in §. Itaque ex eodem de legit. agnat. ſucc. vbi etiam ius cōſanguinitatis & propioris agnationis in fratre legitimū eſſe duxit, quamuis non eandem matrem cum defuncto habuerit, nec etiam inter ipſos inſpiciendum eſt, an bona à patre vel à matre hic filius fratris habuerit cùm pariter admittantur, & inter ſolos fratres hoc recipi moris ſit, apud quos paterna aut materna recte dici poſſunt, quorum quoque gratia hoc conſtitutum eſt, quia omnia quæ noſtra ſunt liberis ex voto paramus, nec tamen ita frater alteri quærere dici poſſit, vt inter ſolos liberos hanc regulam obſeruemus qua dici ſolet, paterna paternis, materna maternis ſeruari, l. de emancipatis, C de legit. hæred. Ergo vndecunque quęſita patrui & auunculi inter ſe partientur. Nunc reliqua quæ

ad agnatorum ſucceſſionem pertinet explico; & illud in primis agnatos tàm fœminas quàm maſculos in infinitum lege xij.tabul.accipiendos eſſe l.2.§. nec tantum maſculi ff. vnd.legit.quod tamen mediæ Iuriſprudentiæ diſplicuiſſe Iuſtinianus refert, ac ſolas ſorores ea fuiſſe admiſſas meminit: & emendat, quinimo amplius filios ſororum licet cognatos in legitimam ſucceſſionem transfert l. lege §. in his C. de legit. hæredit. eoſque tanquam agnatos & fratrum filios recipit §. cæterum §. hoc etiam de legit.agna. ſucceſſ. Porro certum eſt non tantum ciuili lege ſed & ex prætoris edicto per bonorum poſſeſſionem *Vnde legitimi* agnatos olim admitti potuiſſe l.1. l.ſi his de quorum C. de legit hæredit. quod à prætore factum eſt, nè cognatos agnatis prętuliſſe videretur, ſi de his ſolis edixiſſet, qua ratione quoque iungendos cum emancipato liberos

cenſuerat vt antea diximus. Poſtremo non eſt omittendum lege xij. tabul. inter agnatos ſucceſſioni locum non fuiſſe, nec omittẽte proximo ire vlteriorem ſucceſſiſſe §. placebat de legit. agna. ſucce. cuius rei hæc ratio eſt, quoniam ſoli proximiori lege delata eſt hæreditas, ergo eodem iure vti alteri non licebit, cum ei ſcripta lex non fuerit, nec quidẽ repudiando aut alio modo effici potuit quum adhuc proximior inueniatur qui delatę hęreditatis tẽpore fuit l. hæreditatis §. fin. ff. de caſtrenſ. pecul. Quod & in ſuis hęredibus in quibus non eſt ſucceſſio conſideramus l. 1. §. ſciendum ff. de ſui, & in filio exhæredato qui quęrela non egit, quocirca nepotem omni remedio deſtitutum reliquiſſe legimus l. ſi quis filium C. de inof. eademque ratio eſt cur etiam cognatus qui bonorum poſſeſſionem acceperit tandem reſtitutus vlteriorem

quemcunque non admittat, ſed fiſco bona tanquàm vacantia addicantur, l fin.ff.vnd.cogna. quoniam cum ex decreto huic bona addicta fuerint, non alteri cuiquam Pretor edicto ſuo detulit. Nec aduerſatur, l. 1. §. ſi quis adita, l. 2. §. ſi bonorum, ff. ad SC. Tertyl. quoniam expreſſè id verbis Senatuſconſulti cautum fuiſſe ibidem Vlpianus memorat vt in vtroq; caſu vno omnino non exiſtente ius antiquum obſeruaretur, l. 2. §. quod autem, ff. eo. quo ſenſu quoque accipiendum puto id quod alibi reſpõſum eſt ſi filius liberti abſtinuerit patronum admitti l. etſi modica, §. ſi filius, ff. de bono. libert. propter expreſſa legis verba quibus ſi ſuus non fuerit tunc patronus admittitur, l. inteſtato, ff. de ſui. & legit. aliud eſt ſi cognatus non acceperit: tunc enim ſucceſſorio edicto locus eſt, quia nondum ſicut hęreditas, lege, ita proximiori delata eſt bonorũ

poſſeſſio antequàm petita fuerit. at & hic cui petere licuit tempore excluditur, vel potuit nolle accipere, vnde merito hoc caſu vlterior admittitur qui petierit & cui ſoli delata eſt cùm petierit, l. 2. §. decretalis, ff. de ſucceſſ. edict. eaque ratio eſt cur & ſi conditionem ſuam quis mutet antequàm poſtulauerit ſequenti non obſtet, l. fin. ff. vnd. liber. Itaque quamuis decretalis bon. poſſ. repudiari non poſſe videatur, l. 2. §. decretalis, ff. de ſucceſſor. edicto. Illius tamen petendæ ius repudiari poterit, quod apud Prętorē quidem nullum eſt antequàm petierit, quoniam & decreta quibus bonorum poſſeſſiones indulgentur, l. 2. §. dies, ff. quis ord. in bono. poſſ. ſeruet. vt & exceptiones ac cætera quæ Prætoria ſunt non ius aliquod ſed factũ continere dicuntur, in l. ſi vnus §. pactus, ff. de pact. Ergo in legitimis hæredibus etiam qui ſe non immiſcue-

runt ſucceſſorium edictum non obtinet, in bonorum poſſeſſoribus qui non petierint locum habet, nam & hæc ſunt ſucceſſorij edicti verba. *Quibus ex edicto bonorum poſſeſſio dari poteſt ſi quis eorum aut dari ſibi noluerit aut in diebus ſtatutis non admiſerit, tunc cæteris bonorum poſſeſſio perinde competat, ac ſi prior ex eo numero non fuerit*, l. 1. §. quibus ff. de ſucceſſ. edict. Ex hiſq; omnibus accipiẽdum eſt quod dicitur de capite in caput, & de gradu in gradum locum habere ſucceſſorium edictum, vt hoc poſtremum inter ſolos cognatos qui non petierint recipiatur. Quin & inter ipſos agnatos eo modo quo diximus l. 1. C. de ſucceſſ. edict. Item non vetabatur tanquam cognatus vlterior ab eo qui ſe abſtinuiſſet agnatus, bonorũ poſſeſſ. à prætore vnde cog. petere. verũ Iuſti. ſua conſtitutione etiam ciuiliter admitti voluit, vt ciuilem peti-

tionem habeat. ergo lege decenuirali non admittitur noua Iuſtiniani conſtitutione admittetur §. placebat de legit agna. ſucceſſ. & hęc de agnatis ſufficiant ſi modo ſemel adnotauerim⁹, ad decimũ vſq; gradũ in hęre. deferẽda Illos obſeruari ſolitos §. fin. de ſucceſſ. cog. licet vnde legitimi bonorũ poſſeſſionẽ petierit l. octaui ff. vnd. cognat. quoniam idem Prætor voluit obſeruari quod lege eis cõceſſum eſt.

NVNC ordo ſucceſſionis exigit vt de cognatis breuiter agamus, quorũ præter legẽ xij. tabul. ex edicto Prætoris erat ratio: ſunt autem cognati qui per fœminas nos contingunt, quaſi ex vno nati vt ait Labeo veluti auũculus, matertera, cõſobrini, & alij ſimiles, §. atqui de legit. agna. tut. vt neque hos ex iuſtis nuptijs natos deſideremus, l. ſi ſpurius, ff. vnd. cogna. §. vulgo de ſucceſſ. cognat. & hi quidem nulla ciuili lege olim vocabãtur

ſed eis Prætor bonorum poſſeſſioné, *vnde cognati* largiebatur, l. 1. 2. & l. fin. C. vnd. legit. Ideoque nudam Prætoris indulgentiam habere dicuntur, l. 1. ff. vnd. cogna. id vero poſt agnatos etiam vlteriores omnes ſolummodo l. ad inteſtati, l. patruo, C. de legit. hæred. graduum quoque inter ſe prerogatiua ſeruata vt qui ſunt primo gradu omnes ſimul admittantur etiam poſthumi l. 1. §. gradatim, l. fin. ff. vnd. cogna. filius tamen in bonis matris vel mater in bonis filij ante Senatuſconſulta *vnde proximi cognati* vocarentur, l. 1. §. ſi qua prægnans ff. vnd. cogna. l. 2. §. ſed & ſi quis, ff. ad. Tertyl. At vero non hi ſolum ex hoc capite admittuntur ſed & alij multi qui cognatorum loco ſunt. Primo qui in adoptionem datur his quibus agnaſcitur cognatus quoque fit, vt eo iure ipſis ſuccedat, l. 1. § . 1. ff. vnd. cog. & hoc eſt quod dicitur adoptio-

nẽ non ius quidẽ ſanguinis ſed agnationis adferre, vt eorum agnatus eſt, cognatus efficiatur, l. qui in adoptionem, ff. de adop. quę tamen cognatio capitis diminutione perditur, l. 3. ff. vnd. cogna. Secundo in adoptionem dati liberi qui poſt mortẽ patris naturalis ab adoptiuo parente emanciparẽtur ad patris naturalis bona tanquàm cognati vocabantur, §. admonendi de hæred. quæ ab inteſt. deffer. Tertio amitas vel alias mulieres etiã agnatas præter ſororem media iuriſprudentia ex hoc edicto veluti cognatas admiſit, quod ſupra emendatum meminimus, in §. cæterum de legit. agna. ſucceſſ. Quarto generaliter dicitur legitimis capite diminutis iure hæredis bonorum poſſeſſionem non dari, ſed gradu cognatorum vocari, l. legitimis, ff. vnd. cogna. Quinto vlterior agnatus qui omittẽte primo repellitur, quia ſucceſſorio edi-

ĉto non ſit locus tanquam cognatus à Prætore vocabatur, §. placebat de legit. agnat. ſucceſſ. Poſtremo is cui iure legitimo vt filio vel agnato delata eſt hæreditas non vetatur ex poſtremo capite, *vnde cognati* venire, cũ & agnatus cognatus quoque ſit, l. penult. ff. vnd. legit. & ipſe idem ſibi ſuccedat, vt filius qui & ipſe patri agnatus eſt proximus, l. filius, ff. de ſui & cognatis omnib⁹ pręferatur, quod ad reliquos quibus lege veluti cognatis defertur ſucceſſio extenderem, vt hi ſolummodo veris agnatis poſtponantur, l. 1. §. ſed videndum, ff. de ſucceſſ. edict. nec tamen eo caſu agnati aut alij qui ſibi ipſis ſucceſſerint, vel qui tanquam cognati admittuntur, vltra ſextum gradum bonorum poſſeſſionem petere poſſint, l. 1. ff. vnd. cognat. quia non vnde legitimi vocentur, l. octaui. ff. vnd. cogna. Et quidem hi quibus lege bonorum poſ-

ſeſſio delata eſt ex eo capite venire dicuntur. *Vt ex legibus* Senatuſve conſultis bonorum poſſeſſio detur, l. vni. ff. vt ex legib. non item vnde legitimi competit quæ his ſolis præſtatur, quibus ex lege hæreditas acquiritur, l. 3. ff. vnd. legit. Hęc autem quæ de poſtponendis cognatis ipſis agnatis diximus Iuſtinianus ſuſtulit, ac pariter graduum ratione & prælatione ſeruata, ſimul tamen ſuccedere voluit quod de ſuis & emancipatis antea conſtituerat, §. ſi vero, neque de hæred. ab inteſt. venien. collat. 9. auth. poſt fratres, C. de legit. hæred. Sed vſque ad quem gradum? & Accurſius rectè vſque ad decimum admiſit, vt illud ex iure agnationis retineam⁹, quod ipſe docet in authent. in ſucceſſione, C. de ſui. & legit. hæred. Atque hæc eſt vniuerſa in ſucceſſionibus ingenuorum ciuium Romanorum ſuccedendi ra-

E

tio quàm ex ſola ſanguinis cauſa deferri non ambigitur. Quocirca affinitatis occaſione nulla eſt ſucceſſio, l. affinitatis, C. commu. de ſucceſſ· ná nec vitrico nec priuigno defertur ſucceſſio, l vitrico, l amitæ, C.eod. his autem qui affinitati cauſam præbent, id eſt tamē, coniugibus qui affines inter ſe non ſunt, & olim ex Prætoris edicto poſt iura ſanguinis, *vnde vir & vxor*, bonorum poſſeſſio defferebatur, l.1.ff.vnd.vir & vxor, l. 1. C. eod. legis tamen Papiæ capite de orbis coniugibus obſeruato, de quo apud Vlpian. in fragmentis inſtitut. ſuarum tit. xvj. & hodie ex Iuſtiniani conſtitutione in auth. præterea, C. vnd. vir & vxor: nulla eſt denique vel amicitia vel obligatio ad antidora quæ ſucceſſionem deſſeiat, veluti ſi quis nutritori, hoſpiti vel alteri cuiuis amico etiam arctiſſimo ſuccedere velit, l.nutritoribus,

C. commun. de ſucceſſ. §. omnes peregrini de ſtatu. & conſuet. contr. lib. Eccleſ. coll. x. Sola enim natura legem ſucceſſionibus attulit.

NOBILISSIMO ET CANDIDISSIMO IOHANNI IAcobo Meſmio Magni Henrici Meſmij ſacratiſſimi Conſiſtorij Conſiliarij ornatiſſimi filio cauſarum Patrono ſcientiſſimo, P. Beloius S.

INGRATVS ſim (mi Meſmi) ſi non illud quod tua cauſa paratum eſt tibi quoq; vouerim: Ergo cùm me iamdiu ſtudiorum tuorum Comitem elegeris, quò varijs inter nos habitis diſputationibus graues Iuris Ciuilis nodos & dubias Pandectarum quæſtiones in dies percurrere licuit, in quibus tractandis cùm frequenter in ordinis vel ratiocinationis modo, certiſſimo iudicio tuo quippiam à nobis præ cęteris additum cõperiiſſes. Sæpius vt ſcriptis hæc

quæ diximus demandarem poſt hâc flagitare cœpiſti, quod eò lubẽtius effeci pro otio quod mihi à litibus ſuperfuit, quas & res familiaris & communis ordinis noſtri cauſa coegit perſequi, vt cùm plura tibi ac familię tuæ debere velim, multò adhuc maiora ſim ex animo debiturus, ſi hoc meum quod omnino tuum eſſe conſtitui à vobis probatum, & gratis à te acceptum manibus intellexero, idque tanti me facturum velim exiſtimes, vt cùm omnium inſtar apud me ſitis quod nondum à vobis neglectum fuerit, cęteris probatum iri & iuris ſcientiæ ſtudioſis non inutile futurum certô ſciam. Itaque vt hoc ex famulitio tuo natum amplectaris, & hunc laborem meum benigno nutu comprobes oro atque obteſtor, nam & ſic maximum me laboris mei premium accepiſſe putabo. Vale & me ama.

PETRI BELOII IVRISCONSVLTI, ET IN SENESARCHIA THOLOſana Regij Conſiliarij, Diſputatio Secunda.

De Iure Pignorationum vel Marquæ.

1. *Ius Pignorationum quas appellant repræſalias vnde natum ſit.*
2. *Quid eſſet apud Græcos, Ἀνδροληψία.*
3. *Quid ſit hodie ius Marquæ apud noſtros & apud Liuium Clarigatio quid ſignificet.*
4. *Ciues incolæ fœderati quomodo differant.*
5. *Quæ perſonæ excipiantur à repræſalijs.*
6. *Legatis quando vis fieri poſſit.*
7. *Quæ res & ex quibus cauſis Pignorationes fiant.*
8. *Effectus Pignorationum.*

SICVTI Iure gentium & communi hominum conſenſu ſingulorum dominia diſtincta ſunt, vt quod meũ nõ eſt alterius eſſe neceſſario in-

telligere debeam, l. fin C. vnd. vi, ne varia rerum confuſio ad lites & arma prouocet: Sic quoque ſummæ curæ perpetuò in omni bene inſtituta ciuitate Magiſtratibus fuit, ne alter alterius nomine teneatur, aut etiã alieno prægrauetur odio. Hinc iudiciorũ vigor iuriſque publici tutela videtur in medio conſtituta, nè quiſquam ſibi ipſi permittere valeat vltionem, l. nullus, C. de iudæ. Sola enim audacia (vt Caſſiodorus ait) ad ſolutionem trahit extraneos, cùm abſoluant iura coniunctos, l. fin. C. ne vxor pro marit. l. vlt. ne vll. ex vican. lib. ij. C. l. hac definitione, C. de om. agr. deſert. l. 4. C. de execut. & exactor quod generaliter Iuſtinianus vetuit in nouella, vt non fiant pignorat. coll. 5. vt in ſolis fabricenſibus aliud iuris ſit, ob promiſcuum eorum officium & muneris neceſsitatem, l. iure prouiſum de fabricenſ. lib. 11. C. In criminali-

bus cauſis hoc eſt potiſsimum, vt pœna ſuos authores ſequatur, l. ſancimus, C. de pœn.[1] Et hæc quidem in maximo illo & florente Imperio Romano, cui omnes fermè gentes parere ſolebant, obſeruare facillimú fuit: quoniam & vbique eſſent magiſtratus, qui ius cuique dicerent, vinctos item debitores neruo & compedibus donec ſatisfeciſſent retinere poſſent. At verò vel antequàm in tantam molem Imperiũ aſcendiſſet, vel cùm ſemel diſſectum & diſsipatum fuerit, moribus primò inſtitutum eſt, vt ab externis ciuibus quod noſtris raptum eſſet per legatos & fœciales repeteretur: ac ni redditum eſſet, vel obnoxia dedita corpora, bellum indiceretur, quo iure ſæpius Quirites vſi ſunt, vt eſt apud Liuium lib. 1. lib. 7. lib. 8. & alibi, ſed & Polibius lib. 2. author eſt Romanos à peregrinis illatas ciuibus ſuis iniurias publicè vin-

dicare ſolitos. Tandem verò nè ob priuatas iniurias reſpub. in diſcrimen diutius vocari cogeretur, alienorum ciuium vel ipſorum facultatum Pignorationes, quas noſtri voce barbara Repræſalias dicunt, concedi moris fuit. Nam & illud conſuetudine vſurpatū Fridericus memorat [a] ſub Rubr. nè fil. pro patr. Idque à Gręcis Athenienſibus acceptum putarem, apud quos Draconis legem fuiſſe Demoſthenes contra Ariſtocratem meminit, vt qui cędem perpetraſſent, ſi tamen in externam vrbē profugiſſent, repetiti & expoſiti non dederentur, iniuriam paſsis extraneos retinendi poteſtas permitteretur vſque ad tres non amplius. Idque genus pignorationis [illegible] nominabāt: vt apud Halicarnaſſeum lib. 7. adnotamus, & hoc non [illegible] Athenieſibus modo, ſed à cæteris [illegible] recipiebatur, nam & D[illegible] à Meſſeniis vinctū

ſegimus, ob piratica latrocinia ab Ætolis in ciues ſuos attentata, quod ex Polibio. lib. 4. didicimus, & apud Thucididem lib. 5. refertur à Lacedemonijs conceſſum fuiſſe Athenienſes omnes vinctos retinere ob iniurias quibuſdam ex ſuis illatas. Et ſcribit Herodotus lib. *6.* Æginetas ob merces aliquas ab Athenienſibus captas nauem ciuibus Athenienſibus oneratã decreto publico retinuiſſe, eóſque omnes vinxiſſe. At vero illum pignorandi modum ſocietatis humanę tuendæ gratia inuentum fuiſſe nõ ambigitur; nè in poteſtate ciuis alicuius ſit ſolum vertendo, cùm ſemel nocuerit ſcæleris pœnã effugere, aut receptatoribus fraudi non vertatur noxios, vel ære implicatos alieno fouere, celare, vel in ciuitatem ſuam allicere, quandiu nõ ſatisfecerint. Eandem habuit quoque rationem frequens illa ciuium qui ius gentium

violaſſent de orato. &3. officior. Liuius ſæpiſſimè; Gellius in noctibus attic. lib. 10. cap. 20. & l. fin. ff. de lega. l. 5. §. fin. ff. de captiu. & poſtlimi. reuerſ. Quod etiam Chriſtianę religioni non aduerſari Gratianus ex Auguſtino li. 6. quæſtio. explicat: cùm ex eo iuſta dici bella, quæ iniurias vlciſcuntur, & gentem ac ciuitatem petédam cenſuit, quæ vel vindicare neglexerit, quod à ſuis improbè factum eſt, vel reddere quod per iniurias eſt ablatum, in can. dominus, 23. q. 2. Cæterùm quoniam ἀνδροληψίας executio priuato quoque conſilio Athenis habeatur vt author eſt Iul. Pollux. idque fortè quia legis actio eſſet, aliud in pignorationibus noſtris vſurpari obſeruatum eſt, [3] quæ cùm ſola nitantur conſuetudine, certis rationibus & interpretationibus à magiſtratu explicandæ ſunt, l. nam vt ait Pedius, l. ſi de interpretatione, ff. de legib. Hoc

tamen eſt vtriuſque commune, vt in externos tantum, & nondum iuriſdictioni ſubditos permittatur: cùm ciues ordinario iure coërceri poſſint, l. 1. §. habet itaque ff. ſi quis teſtam. lib. eſſe ius fuer. Itaq; tale ius à Gallis Marquæ vocitari quidam exiſtimãt: quoniam in confinio & ciuitatis limine exerceri ſoleat. Alijs placet aliud eſſe ius Marquæ, præceptionem ſcilicet Principis auctoritate factam, vel de bonis quæ in ciuitate noſtra ex hoſtibus quidam habuiſſent, aut de facultatibus ciuium qui ad hoſtes deſerta patria defeciſſent, ſic vt hæc fiſco in perpetuum addici ſoleant, ſi non pactionibus reſtituantur: quo caſu fructus ſaltem percepti, Principi, qui loco domini eſſe iudicatur, addicendi ſunt, & id ius ex Liuio *Clarigationem* cæteri nominant. Poſtremi etiam repræſalias vocari poſſe putãt, quas nos alio ſenſu cum vulgo accepimus, &

eas illud quoque cum Athenienſium ἀνδροληψία habere ſimilitudinis nõ eſt omittendum, vt ſemel noxiæ ſoluendę aut rei reſtituẽdę admonitio præcedat, quo noxis imputari poſſit, cur ſatis non fecerint, cap. vnic. de mili. vaſſal. qui cõtumax eſt, nec ipſi tantũ qui damnũ dederint euocãtur, ſed & eorum principes ſunt inſtruendi, vt pro modo culpæ vindicent, quod interpretes adnotant ex l. ne quid, ff. de incend. ruin. & naufr. Idque vt eo negato communis naſcatur iniuria, quę omnibus malo ſit & publico damno cedat, cùm alio modo non liceat ius ſuum petenti recipere, quo caſu etiã fugientem debitorem ſua manu creditor retinere poterit, l. ait Prætor, §. ſed ſi debitorẽ, ff. quæ in fraud. cred. & à debitoris liberto iure operas exiget, quas ipſe alteri quàm patrono exhibiturus non eſſet, l. pro hæred. §. ſi quid tamen, ff. de acquir. hæred

Negaſſe autem videbitur magiſtratus, ſi vel ſui copiam non fecerit, aut per gratiam & ſordes ius non dixerit, nam & hoc modo id egit reus, nè ſecum agatur, dum iudicem corrumpit, l. ſed etſi, §. ait Prætor, ff. ex quib. cauſ. maior. Item ſi ſequentia iuriſdictionis non fuerit executus, veluti quia rem ab aduerſario aut vendicari aut duci non cogat, per eum ſtetiſſe videbitur, ſicuti iudici non paret, qui hæc non fecerit, l. 1. ff. ſi quis ius dicẽ. non obtemper. cùm alioquin eluſoria iudicia futura ſint, & inutiliter iudicatum cenſeatur, l. ſi Prætor, ff. de iudic. l. 1. ff. ne vis fiat, ei. Ceterùm ſi ſine dolo malo nec calumnioſè ius dixerit, ſed cauſa cognita denegauit actionẽ, nihil eſt quod conqueri poſſit, l. 26. §. ſed etſi, ff. ex quib. cauſ. maior. quoniam ſi quaſi non exiſtente debito reprobauerit, rei iudicatæ nocet exceptio, l. quod in diem. § fin. ff.

de compenſ.l.ſin autem,§.ſi quocunque modo,ff. de neg. geſt. Tota igitur hæc diſputatio & maximũ quod in hoc iure obſeruari ęquitas flagitat tribus capitibus continebitur. Primũ erit de perſonis. Alterum de rebus & cauſis. Tertium de iure & vi huius receptionis, quàm melius poſthac pignorationem cum Iuſtiniano dicemus.

4 Quod ad primum attinet variè in eo perſonæ conſiderantur, & quidem prior obſeruatio eorum erit, qui huius iuris exercendi licentiam dabunt, quos priuatos eſſe non opportuit, nè in falſi aut leſę maieſtatis crimen incidant, l.3.ff.ad leg.Iul.maieſt. l.eos, l.qui nomine, ff.ad leg. Cornel. de falſ.nec ſi eorum interſit, quia ipſis debeatur: nam & qui iudicati bona, auctoritate ſua diſtraxit, furti actione & vi bonorum raptorum ei tenebitur, l.miles, §.qui iudicati, ff. de

re iud.

re iudica. In hoc caſu vis etiam publica contrahi poterit, l. 3. §. eadem lege, l. qui cœtu. ff. ad l. Iul. de vi publ. ergo magiſtratum debuit gerere qui conceſſerit, & eum quoque qui ſummum Imperium habeat: cùm enim iſtud quodãmodo ſpeciem belli præ ſe gerat, non ab alio quàm à ſummo principe indici poterit: cæteri qui cõtrà fecerint, prædones aut latrones appellabuntur, l. hoſtes, ff. de captiu. l. hoſtes, ff. de verb. ſignif. quos & in leſæ maieſtatis crimen incidiſſe non ambigitur, l. 1. 2. & 3. ff. ad leg. Iul. maieſt. nam & ſi quid erit quod maiorẽ requirat indaginem ad ſummũ magiſtratum referendum eſt, l. ſi quid erit, ff. de offic. proconſ. quemadmodum in hac noſtra diſputatione dicimus externæ ciuitatis principem admonendum fuiſſe, ne rem illicitam patiatur: alioquin quandiu à Iudice maiori ius dici & id quod debetur re-

ſtitui poteſt, per ciuitatem factum non videbitur, quominus illæſa ciuis noſtri cauſa ſit, vt in ſingulos experiri quoquo modo liceat, tunc enim manu militari res eſt auferenda, ſi reſtituere iuſſus omnino non paruerit, l. qui reſtituere. ff. de rei vendic. vel ſi debitoris magiſtratus iuris dictionem denegauerit, nec alia ratione quàm vi poſſit adigi, l. vt vim, ff. de iuſtit. & iur, l. 1. C. quand lic. ſine iudic. ſe vindic. Sequũtur hi, quibus conceditur, & in quos: qua in re ciues ac incolas à fœderatis & clientibus ſeu dedititijs diſtinguendi ſunt. Ciues quidem origo, manumiſſio, allectio, vel adoptio: Incolas vero domicilium facit, l. ciues, C. de incol. lib. 10. vt primi domicilio, tribu, & honore definiantur, nec alioquin ingenui ciues R. ſint, veluti M. Portius Cato Tuſculanus, quandiu fuit Tuſculi municeps fuit, vbi vero Romã cũ rebus ſuis cõmigra-

uit, ciuis Romanus. Et qui ciuem Romanum domicilio tãtum definiunt, quæſtioni non ſatisfaciunt: quoniam domicilium etiam libertini & inquilini obtinuerint, quos tamen ius ciuitatis non habuiſſe conſtat. Siquidem apud Liuium legimus Hiſpallæ libertinę S.C. conceſſum fuiſſe, vt ob Bacchanalia iudicata ingenuò & ciui nubere poſſet: & M. Antonio Cõſuli obiecit Tullius, quod ingenu⁹ & nobilis homo Q. Fabij libertini hominis filiã in matrimonio habuerit: Itaque refert Macrobius Priſcũ libertinis bullam & prętextam non aliter quàm peregrinis interdixiſſe. Domiciliũ quoque quis duobus locis habere nõ prohibetur, l. aſſũptio, §. iuriſprudẽtibus, ff. ad municip. Duarũ verò ciuitatũ ciuis eſſe nõ poteſt, vt eleganter M. Cicero in oratione pro Cæcinna explicat. vnde nepos de Attico ſcribit, noluiſſe illum honoribus ſibi ab Athenienſi-

bus delatis vti, nè ciuitatem Romanam alia aſcita amitteret. Fœderati liberi ſunt qui nullius alterius populi poteſtate ſunt ſubditi, ſed ſolo fœdere iuncti in amicitiam veniũt, l. non dubito, ff. de captiu. & poſtl. reuerſ. quod tamen latius explicandum eſt, & tria fœderis genera fuiſſe docet apud Liuium Menipus Antiochi regis legatus. Vnum cùm bello victis darentur leges, eóſque cliẽtes aut dedititios appellabant. Alterum cùm bello pares æquo fœdere in pacem atque amicitiam venirent. Tertium cùm qui hoſtes nunquam fuerint, ad amicitiam ſociali fœdere inter ſe cõiungendam coeunt, & horum omnium iniquiſſimã fuiſſe dedititiorũ conditionem, idem Liuis lib. 8. explicat, cùm de Campanis loquitur, eos ſeu velint ſeu nolint quieturos. In fœdere autem Latino nihil eſſe quòd bellare cum quibus ipſi vellent, pro-

hiberentur: quia & hi ſuas leges, Magiſtratus item ſuos, ac denique libertatem omnẽ ſuam retinuiſſent, quocirca ſolebant etiam Romani ciues in fœderatas ciuitates exilij cauſa commigrare, vt Polybius auctor eſt, lib. 6. ſed & ſæpè in colonias etiam Latinas: quippe quæ à ciuium Romanorum iure longiùs abeſſent. quod ſcitè M. Cicero in oratione pro Cecinna explicat. [5]Porrò vt ad rem redeam, ciuiũ & incolarum gratia hoc ius potiſſimum inſtitutum non ambigitur, ſed & ad dedititios eadem ratione pertinet: quia in ciuitatis fidem & clientelam venerunt. quod latiſſimè Dionyſius Halicarnaſſeus de Romanorũ clientela loquens expedit, & in beneficijs, quæ feuda vocantur, probatur in cap. 1. quæ ſit prim. cauſa benef. amitt. nam & ad religionem præſidis prouinciæ attinet, ne potẽtiores viri humiliores iniurijs afficiant, l. illici-

tas, §. ne potentiores, ff. de off. præſ. in fœderatis longè maior eſt dubitatio, cùm ipſi liberi ſint, & rem ſuam gerant. Itaque nec magiſtratibus quidem Romanis apud illos diuertentibus quicquam ex antiquo fœdere dabant: quod ex Liuiana narratione lib. 42. perſpicitur, vbi de Præneſtinis loquens ait, L. Poſthumi⁹ Coſſ. iratus Præneſtinis quòd cùm eô priuatus ſacrificij in templo Fortunæ faciendi cauſa profectus eſſet, nihil in ſe honorificè neque publicè neque priuatim factum à Præneſtinis eſſet, priuſquàm ab Roma proficiſceretur literas Præneſtæ miſit, vt ſibi magiſtratus obuiam exiret, locũ publicè pararet vbi diuerteretur iumentáq; cùm exiret inde preſtó eſſent. Ante hunc conſulem nemo vnquam ſocijs in vlla re oneri aut ſumptui fuit. Ideò magiſtratus mulis tabernaculiſque & omni alio inſtru

mento militari ornabantur, nè quid tale imperarent ſocijs priuata, hoſpitia habebant, ea benignè comitérque colebant, domúſque eorum Romæ hoſpitibus patebant, apud quos ipſis diuerti mos eſſet. Legati qui repente aliquò mitterentur, ſingula iumenta per oppida. Iter quâ faciundum erat, imperabant. Aliam impenſam ſocij in magiſtratus Romanos non faciebant. Iniuria conſulis, etiam ſi iuſta: non tamen in magiſtratu exercenda, & ſilentium nimis aut modeſtum aut timidum, Præneſtinorum ius velut probato exemplo magiſtratibus fecit Granеorum in dies talis generis imperiorum. Quibus verbis liquidò conſtat, quàm ſeparata inter fœderatos cauſa fuerit, quorum tamen gratia ſæpius inditum à Romanis bellum fuiſſe legimus, quaſi iure fœderis adiuuandi fuerint. quod verum quidem eſt, nõ

vt ipſis ius dicatur, qui & dictatorem & conſules & ſenatum ſuum habebant, vt patet ex Liuio lib. 8. Catone lib. 2. originum, & Plinio lib. 7. vbi L. fuluij Tuſculanorum conſ. meminit, & alibi Latini Dictatoris fit mentio: ſed vt cùm ipſi ſibi ius dixerint, in eo ſeruentur.

7 Per contrarium in ciues, incolas & dedititios externos pignorationes poſſe exerceri non dubitamus: cùm in eos potiſſimum inſtitutæ fuerint fœderatos teneri iniuſtum eſſet, qui nihil cum cæteris commune habeãt, ſed ſola inter ſe amicitia vinciantur. Hoc in omnibus conſiderandum eſt, vt quo tempore damnum datur, tales ſint quibus & in quos hoc ius permitti valeat: quia cum ex his quodãmodo contrahatur, l. fin. ff. de var. & extraor. cognit. cõuentionis tempus in obligationibus accipiendum eſt, l. Rutilia polla. ff. de cõtrah. empt. nam

& ex tempore iuriſdictio naſci conſueuit, l. cùm quædam, ff. de iuriſd. omn.iudic.l.2.de incol.lib.10. C. ſed & poſtremò cum præcedẽtibus oneribus effecti ciues non vigeantur, l. prouidendum, C.de decur.nõ etiam ciuitatis iure ante allectionem vti poterunt: quia nec ciui damnum datum videtur, cùm eo tempore ciuis non fuerit, vt libertas alieno ſeruo data non conualeſcit, quamuis proprius efficiatur, l.ſi alienum, ff.de hæred.inſtitu. Et ſeruum alienum, qui noxiã me ſciente nocuit, licet acquiſierim, in ſolidum me tamen ille non obligat: quia eo tempore meus non fuerit, l. in delictis, §. ſi ſeruus, ff.de nox. act.ex his tandem ſequitur, nec trãſfugis, nec deportatis, aut cæteris qui ἀπόλιδες ſunt, & in eos pignorationes non cõcedi, l. Item ei, ff. ex quib. cauſ. maior. Abdicatio enim quominus nõ quo magis ciues ſint efficit, l. qui-

dam, ff. de pœn. nam in hoſtium numerum qui defficiunt, ſe conferre videntur, l. amiſſione, §. 1. ff. de. cap. diminu. Sed quid ſi vnius ciuitatis incola ſit, ibíque larem foueat, alterius verò ciuis, vnde in vtraque muneribus fungi debeat, l. incola. ff. ad municip. Et magis eſt vt vtriuſque pignorationibus obſtringatur, ab vtraque etiam poſſit petere, l. priuilegio, C. de incol. l. & qui, §. 1. ff. de muner. Item ſi duobus locis domicilium habeat, quod licet, l. Labeo, l. aſſumptio §. veris, ff. ad municipa. Ex ciuibus autem & incolis excipiuntur clerici, in quos nõ ſolet hoc ius exerceri, vt Põtificijs legibus continetur in cap. 1. de iniur. in 6. Item iuris ſtudioſi à Friderico eodem priuilegio donati ſunt in auth habita, C. ne fil. pro patr. Tertiò qui in ius vocari nõ poſſunt, nõ detineri quidam exiſtimant, cuiuſmodi ſunt infantes, furioſi, mulieres & re-

liquæ perſonæ miſerabiles, quæ rem omnem ignoraſſe & culpa vacare creduntur. Itaque eas conſtringi iniquum videatur, l. fin. ff. de decret. ab ord. fac. quod verum non puto, & eorum qui contrà ſentiunt ſententię ſubſcribo: quoniam municipes omnes intelliguntur ſcire, quod ſciant hi quibus ſumma reipub commiſſa eſt l. municipes, ff. ad munici. licet enim tales ſoli in ius non vocentur, cum vniuerſitate poterunt: quoniam maiori parti accedant, l. in modicis, ff. de cõtrah. empt. l. quædam, ff. de acquir. rer. domin. maximè cum ipſis nihil iure deperire poſſit, vt infr. videbim⁹.

6 Quarto legatis putat Bart. hoc ius eſſe vt domum reuocent, antequam fieri in eos prehenſiones poſſint: quia ſancta ſit ipſorum perſona, l. fin. ff. de legat. l. ſanctum, ff. de rer. diuiſ. & res illis ſaluas eſſe oportuit, l. 2. §. legatis, ff. de iudic.

Sed verum eſt his ſanctos eſſe, apud quos ſunt legati, cęteris pro priuatis habentur, quod ſatis indicat illud, quod eſt apud Liuium in 3. Decad. lib. 3. de captis Macedonum & Carthaginenſium legatis, qui fœdus inter ſe erant facturi contra Romanos, & ideo iudicatum eſt, iuſtè hos legatos captos eſſe. Simile exemplum extat apud Thucididem lib. 2. vbi narratur ab Athenienſibus captos & interfectos fuiſſe legatos Lacedemoniorum ituros ad Perſas, vt auxilium contra Athenienſes peterent. quod etiã exemplo magiſtratus cõfirmari poterit, qui cùm vrbem aut territorij fines exceſſerit, poteſtatem deponere cogitur, & pro priuato incedit, licet inſignia Magiſtratus habeat, l. 1. l. fin. ff. de off. proconſ. & lega. non obeſt quod reipub. cauſa legati abeſſe dicuntur, ſtatim vbi vrbem exceſſerint, donec reuertã-

tur, l. abeſſe, ff. ex quib.cauſ.maior. Nam illud eſt accipiendum, vt tanquã abſentes reſtituantur, ex eo edicti capite, quo abſentibus ſubueniri ſolet,l.1.ff. eod. nam certum eſt eos à ciuitate ſua abeſſe,at verum non eſt legatos fieri, niſi his apud quos officio funguntur. quocirca his ſolis obſeruandi ſunt,apud reliquos iure priuatorum vti cogũtur, quia illorum munus ad omnes referri non poſſit: ſic & qui nundinarum gratia acceſſerint,in mercatibus tantùm atque nundinis ſub prætextu priuati debiti nullam patiuntur iniuriam : in cæteris locis conueniri non prohibentur,l.vni.de nundin.C.

Reliquum eſt vt cauſas pignorationũ & res quæ capi poterunt breuiter percurram. Sanè debitum omne ex quacunque cauſa fuerit, quod exigi poſſit, iuſtã pignorationi cauſam dare non dubitatur,l. creditores,

l. creditorum, ff. de verbor. ſignif. ſi modò graue damnum ſit, ne ex modico reipub. ſtatus dimoueatur, l. ſcio, ff. de reſtit. in integr. l. ſi quis, §. fin. cũ l. ſequ. ff. de dol. & omne ius petitoris abſorbeat, l. quoties, C. de preci. imper. offer. l. 1. in fine, C. de iur. Emphiteu. non enim ſi debitor dilationem ad ſoluendum poſtulet, concedi pignorationes poterunt: quoniam fateri videtur, l. ad ſolutionem, C. de re iudic. nec ſi iudex conceſſerit, litem ſuam feciſſe credendus eſt, l. ſi debitori, ff. de iudic. Res autem omnes ciuiũ hoc vinculo tanquam generali hipotheca detineri fatendum eſt, l. 1. ff. de reb. cred. l. rei, ff. de verb. ſignif. quinimo amplius perſonæ continebuntur, l. omnia, § cum ita, ff. de leg. 2. vt facilius ſaluas qui conqueritur res ſuas habeat, l. ait prætor, §. ſe debitorem, ff. quę in fraud. cred. l. quæſitum. ff. de pignor. Vnde putarem contra

Bart. Bald. & reliquos, res quoque quæ generali hipotheca non ſubſignantur, detineri poſſe, cùm etiam perſonas ſubiicere liceat, l. ſancimus, C. de ſacroſ. eccleſ. nec alios iuuat quod dicitur, obligatione generali ea non contineri quæ quis ſpecialiter obligaturus non eſſet, veluti ſi ſuppellex fuerit, l. obligatione, ff. de pignor. nam hoc in cõuentionali pignore aut eo quod legitimè conſtituitur accipiendum erit. nos in ea re verſamur quæ nec lege nec ordine procedit, ſed extra ordinem in ſubſidium res ſuas perdentibus conſulit, vt illas quoquo modo recipiant, nec in his quæ contra rationem iuris conſtituta ſunt, eius regulam ſequimur, l. In his, ff. de legib. eadémque ratione in hoc caſu putem etiam ſi extra iubentis territorium res fuerint retineri poſſe, nè alioquin frequẽtius eluſoriũ ſit quod conceſſum eſt, nihil apud noſtros

poſſidente debitore, licet præterea certi ſit iuris bona poſſidere iuſſum de his accipere debere, quorum cura ad iubentem pertinet, l. cùm vnus, §. is qui, ff. de bon. auth. iud. poſſid. non negem tamen ſi in altera quadam innoxia ciuitate ſint res aut perſonæ quę pignorari poterunt, admonēdos municipes eſſe, vt tolli patiátur: nec quominus exhibeantur impediant, aduerſus eos enim ſolos, apud quos debitores morantur, vel eorum ciues ſunt hoc iure pro arbitrio vti poſſumus, cùm ſemel conceſſum fuerit, ex quo omnia pro more interceſſerint. nec iuſtum eſt alteram ciuitatem alterius odio vexari, maximè cùm in his quæ odioſa ſunt, diutius vagari non liceat, l. item exigit, ff. de dol.

8 Supereſt vt de vi & iure pignorationis agamus: & quidem primùm ſatis ex nomine deprehenditur, pignoris loco res captas retineri, vt tædio affe-

ctus

ctus debitor faciat ſatis, l. is cui, ff. vt in poſſ. leg. l. cũ legati, ff. ex quib. cauſ. in poſſe. legat. Itaque tandem iterum admonẽdus erit, vt pignus luat, quod ſi non fecerit, iudicis auctoritate & ſub haſta vendi poterit, vt quod ex prætio ſupererit, ſumptibus & eo quod intereſt exſoluto reſtituatur: vel ſi capta perſona fuerit, magiſtratui offeratur, nec priuatis carceribus retineri liceat, l. capite quinto, ff. ad leg. Iul. de adult. l. 1. C. de priuat. carcer. quoniam in his omnibus, in quibus iuris ordo ſeruari poſſit non eſt negligendus. Idémque in hoc pignore quod in conuentionali obſeruandum eſt, l. fin. C. de bon. auctor. iud. poſſed. l. 1. C. de iur. domi. impet. Alterum eſt vt quocunque tempore exerceri poſſit, nec aliqua feriarum ſacrarum quoque ratio habenda ſit, l. 1. & 2. ff. de fer. cum & in mora ſit periculum & pia res quoque fiat, dũ

cuique ſuum ferijs etiam diebus redditur ne alioquin mouente occaſione commoditas pereat l. omnes iudices, C. de fer. lib. 3. C. de epiſcop. audient. Tertium vt qui alterius nomine exactus eſt à vero debitore repetat omnem cauſam, l. nam & Seruius, ff. de neg. geſt. culpę enim ipſius hoc aſcribitur eiuſque odio damnum datũ liquido conſtat, l. in his rebus, ff. ſolu. matrim. l. ſi merces, §. culpæ, ff. locat. Nõ eadẽ tamẽ vi qua ablatũ eſt condici poterit: cùm extent magiſtratus per quos lege agere liceat. l. extat. ff. de eo quod met. cauſ.

Poſtremo ſi nec debitoris facultates ſuperſint, in magiſtratum qui creditori ius dicere detrectauerit, actionem dari æquiſſimum eſt qua in ſubſidium teneatur, l. 1. §. nunc vidẽdum ff. de tut. & rat. diſtrah. nè ipſius dolus alterius damno vertatur, l. fin. §. 1. ff. de eo per quem fact. erit, maximè

cum ex eo litem ſuam fecerit, l. filiuſfamilias, ff. de iud. §. 1. de oblig. quæ ex quaſ. delict. naſc. Itaque & princeps iniuſtè facturus eſt qui noxiam non ſarcierit, cuius dignam vocem eſſe fatentur legibus ſe alligatum profiteri, l. digna vox C. de legib. & naturæ illa ſit vox cõmunis, QVOD TIBI FIERI NON VIS, ALTERI NE FECERIS.

CLARISSIMO GVILIELMO VARO IN SENATV PARISIENSI

cauſarum patrono optimo Iuriſc. optimo. Iohannis Vari libellorum in Regia magiſtri filio amico chariſſimo. P. Beloius. S.

EN (mi Vare chariſſime) Pignus & Arrabonem amicitiæ noſtre, nec aliud ſupereſt prætioſius vinculum quo te deuinciam & addicam mihi, ſed nec alius eſt cuius in re mea acrius iudicium expetam, ſi te gratioſum nanciſcar iudicem, qui & nomine & re ipſa VARVS *ſis, veteriſque illius Iuriſconſulti Cremonenſis* VARI, *gentilis tui, qui ſub Auguſto Conſul Romanus fuit, eruditio-*

nem & variam ſcientiarum cognitionem imitatus fueris. Si quid ſit igitur in hac compenſationum diſputatione, quod te aut publico dignum putaueris, habe ab amico, & tibi vendica: ac me ama quia ego te diligo. Vale & Salue.

PETRI BELOII IVRISCONSVLTI, ET IN SENESARCHIA THOLOſana Regij Conſiliarij,

DISPVTATIO TERTIA.

De Compenſat.

ACTVS omnes hominum aut naturales ſunt aut ciuiles, naturales veritatem continent, ac rem vt eſt amplectuntur, ciuiles imaginarij & ficti vmbram tantum & rei figuram arte referũt, quod varijs Philoſophorum regulis, frequentiſſimis quoque iuris & prudentię authorum exemplis conſideratur,

apud quos potiſſimum vel naturæ effectus elucet, aut legis actio eſt, & inde apud eos actus quoſdam naturales, alios legitimos eſſe nemo mediocriter verſatus negauerit, in l. actus, ff. de regul. iur. hinc quoque naturaliter quædam ciuiliter cætera acquiri dicuntur, l. ea quę ff. de acq. rer. domin. Iterum naturalis & ciuilis vſucapionis interruptio, quam vſurpationem vocant naſcitur, l. naturaliter, ff. de vſucap. naturalis & ciuilis poſſeſſio, l. naturaliter, ff. de acquir. poſſeſſ. l. licet C. eod. naturalis & ciuilis in mutuo obligatio, l. 2. §. fin. ff. ſi cert. peta. naturalis & ciuilis ſolutio, l. ſolutam, ff. de ſolu. hi quib. mod. toll. oblig. quorum omnium quę naturalia ſunt rem pro vt ſit & vera eſt declarant, ciuilia ſimilem & effictam imaginantur, nã & naturalem poſſeſſionem, rerumq; occupationem quæ certa pedum poſitione fieri ſoleat, quæque plurimũ

facti habet, l. 1. §. adipiſcimur ff. de acq. poſſe. ciuilem illam quam animo & legis actione conſtituimus appellant, quęque in alio loco non tantum corporis ſed etiam iuris eſſe dicitur, l. poſſeſſio §. 1. ff. eo. vt & mutuum naturale ſolutionem item naturalem, quæ pecuniæ veram appenſionem & numerationem continet, ciuilem quæ verbis fit, de legis actione fingitur cuiuſmodi eſt acceptilatio interpretamur, §. Itē quib. mod. ſol. obl. l. & vno §. 1. ff. eo. inter eas autem quæ naturaliter fiunt ſolutiones, ſumma & frequentiſſima eſt cōpenſatio, per quam qui compenſat dediſſe intelligendus eſt, l. vel permutauit ff. de lib. ca 1ſ. quoniam nihil intereſt ſi ſoluerit an compenſauerit; l. ſi debitor ff. qui potior. nam & qui dare decē iuſſus eſt ſi totidem compenſet ſatisfeciſſe videtur, l. ſi peculium §. de illo ff. de ſtat. lib. ſicuti per contrarium cui par dare

debẽt ſi totidẽ cõpenſentur ſolutum rectè exiſtimabitur, l. etiá C. de compenſ. l. amplius ff. rem rat. hab. quod ſummã æquitatem cõtinet, quia intereſt noſtra potius non ſoluere quàm ſolutum repetere, l. 3. ff. de compenſ. l. ſi ſtipulatus, ff. de fideiuſſ. ſed & hoc modo breui manu ab altero in alterũ res tranſlata creditur, l. licet §. quotiẽs. ff. de iur. dot: Eſt enim compenſatio bebiti & crediti inter ſe contributio, l. 1. ff. de compenſa: quod duobus modis fieri dicitur, alia enim eſt compẽſationis voluntariæ ratio, alia iudicij accepti conſideratio, quomodo nouationem noſtri diuidunt, in l. aliam. ff. de noua: ergo altera eſt hominis, altera legis compenſatio, quæ & iuris non inconcinnè appellabitur, nam & ipſo iure illam fieri amplius diſputabimus, hominis compẽſationem appello quam extra iudicij cauſam mutuo inter ſe paciſcuntur, quæque tan-

ti eſt ſui valitura momenti, vt cùm ex conuentione naſcatur, rerum omniũ creditarum genera complecti valeat, quia ſingulis ex conſenſu aliud etiam pro alio nõ inutiliter ſolui poterit, l. 2. ff. ſi cert. pet. l. Paul⁹. ff. de ſolu. l. eũ qui C. eod. quò refertur quod legimus debitorem cõpenſendi animo creditori legare, vel ipſum hæredem inſtituere poſſe, l. ſi compẽſandi C. de hæredib. inſt. l. creditorem ff. de lega 2. l. creditor C. eod. l. Lucius ff. de legi. aut patrem filio, vel filium patri donare, vt in portionem legitimam compenſet l. ſi non mortis ff. de inoff. teſt. l. 1. §. ſi pater ff. ſi quis à parente: nam creditor qui vel hęreditatem, aut donationem vel legatum acceperit, conſenſiſſe videbitur, l. imperator. §. ſi centum, ff. de leg. 2. & huic ſimilima eſt cõfuſio quæ pro ea parte qua inuicem ſucceſſerint obuenire ſolet, l. Stichũ. §. aditio ff. de ſolu. cũ nemo apud ſe-

ipſū & creditor & debitor eſſe poſſit, l. debitori C. de pact l. ſi pro eo C. de neg. geſt. l. ſi vxor. C. de bō. auth. iud. poſſid. In hac igitur cōpenſatione volūtaria perquirēdū nō eſt an ſpecies ſit vel genus, aut denique quātitas quam mutuo debeāt, ſed an hæc inter ſe cōpenſare voluerint, non enim quicquā magis congruit humanæ fidei quàm ea quæ inter eos placuerint ſeruari, §. per traditionē de rer. diuiſ. itaque hæc inuicē ſibi in ſolutum dediſſe videbuntur, nec ex eo quod diuerſæ materiæ ſint contractus conſtituitur irritus, l. pretij. C. de reſc. vend. l. ſi olei C. de loca. ſicut per cōtrarium quod Labeo ait nō eſt ſine ratione, vt ſi cui petitioni ſpecialiter deſtinata eſt cōpēſatio, in cæteris nō obiiciatur, l. quod Labeo. ff. eod. quemadmodum in arbitrio ſoluentis eſt, dicere quod ex pluribus debitum voluerit ſolutū, l. 1. ff. de ſolu. l. 1. C. eo. l. ſi vſur. C. de vſur.

Itē ex volūtate quod à tertio cui ex his debebitur cōpenſari poterit, & illud delegationis exēplo verū eſſe nemo ambigit, l. 1. l. nec debitoris C. noua. quæ tamē legali cōpenſationi nō ſatis congruere certum eſt, in qua nec omnia omnino, nec quod alteri quā debitori debetur compenſari poteſt, l. eius C. de compenſa. Ex quibus liquidò conſtat compenſationem iuris illam eſſe quæ certis limitibus, & vt ita dicam norma, regulis iuris ciuilis concluſa & probata eſt, quas omnes nos tribus potiſſimū capitibus complectemur. Primū erit de perſonis, inter quas compēſationi locus eſt, alterum in quibus rebus verſetur, in tertio de vi & effectu compenſationis eſt futura diſputatio.

Quod ad primum attinet, non eſt ambiguū inter priuatos omnes compenſationi locum eſſe, nam vt eſt apud Iulianum vnuſquiſque creditorem

ſuum eundemque debitorem ſubmouet ſi paratus eſt compenſare, l. 2. ff. de compenſa. quod etiam in fiſcali cauſa Senatus cenſuit, & ſæpe reſcriptum eſt, l. 1. C. de compenſ. l. Idem l. fin. ff. eod. l. aufertur §. vt debitoribus ff. de Iur. fiſc. licet enim fiſcus priuilegia ſua eaque ampliſſima habeat, l. 1. l. fiſcus ff. de Iur. fiſc. In negotiationibus tamen & contractibus quos cum priuatis ſortitur, ſępiſſimè ius illorum ſequitur, l. ſi pignus l. fin. §. fin. ff. qui potio. nè aliquid tirannidis & iniurię molliri, aut communis ſocietatis nexum quodammodo infringere videatur, quod in omnibus ferme cauſarum figuris exemplo notum eſt. Sanè digna vox eſt illa maieſtate regnantis ſe legibus alligatū profiteri, l. digna C. de legib. vt nos in tractatu de iure municip. ſumus perſequuti. Idem in repub. & ciuitate dicendum eſt, quæ loco priuatorum habetur, l.

eum qui, ff. de verb. ſignif. l. ſi fundum C. qui potio. quocirca æquum erit compenſari ea quæ inuicem ab eodem debentur, l. in ea C. de compenſ. Superſtitioſam quoque ſollicitudinem gerere Dioc. & Max. reſcripſerunt qui dubitāt, an à pupillis cōuenti eis obiicere & compenſare poſſint, ſi quid ipſi vice mutua debeāt, l. ſi tutores C. eo. quia non hæc alienatio voluntate fit, ſed legis authoritate, l. 3. §. pignor. & §. ſeq. ff. de reb. cor. nec videtur circunſcriptus qui iure communi vſus eſt, l. fin. C. de in integ. reſt. mino. naturalis item æquitas exigit nè cum aliena iactura locupletetur, & iuris occaſionem ad iniquum trahat compēdium, l. fin. C. pro empt. in eccleſia, & loco ſacro tantumdem iudico, quoniam ſoleat ſuperioribus cōparari, l. penult. de Iur. reip. lib. 10. C. & Iuſtinia. reſcripſit non multum differre Sacerdotium ab imperio, nec res

ſacras à publicis, § ſi min⁹ de nõ alien. reb. eccl. In nouell. quod exmplo re-rum vtrique donatarum apparet, l. Il-lud C. de ſacroſ. eccleſ. & in præſcri-ptionibus tantumdem obſeruari cau-tum eſt, l. fin. C. eod. Cæterum hæc vera ſunt ſi inuicem & mutuo ſibi quippiam debeant, nõ enim creditor compenſare cogitur quod alij quàm debitori ſuo debet, l. eius C. de com-penſ. quamuis creditor eius, pro eo qui conuenitur ob debitum propriũ velit compenſare, l. in rem. §. fin. ff. eo. & ratio in promptu eſt, quoniam ad hoc inuentæ ſunt obligationes vt vnuſquiſque ſibi acquirat quod ſua intereſt, cæterum vt alij detur inquit Vlpia. nihil intereſt mea, l. ſtipulatio §. alteri, ff. de verb. obl. vnde reſpon-ſum eſt quæcunque gerimus niſi ex noſtra perſona initiũ obligationis ſu-mant, inanem noſtrum actum effice-re, l quęcũque, ff. de act. & obl. quin-

imo

nimo erit exceptio iuſta aduerſus illos qui alienos debitores conueniunt, quoniã eos in iudicio cõueniendi facultatẽ nõ habuerint, l. ſi pupilli §. fin. ff. de neg. geſt. l. quoties, §. item ff. de admi. tut. Hinc cum à milite alius Caſtrenſium, alius cæterorum bonorum hæres eſſet inſtitutus, & debitor alteri obligatus, velit quod ab altero ſibi debetur compenſare, non audietur, l. ſi cum militi, ff. de compenſa. & & quaſi duorum hominum duas hæreditates intelligi, l. ſi certarũ, ff. de mil. teſt. nam nec inter eos familiæ herciſcundę iudici locus eſt, l. hæredes. §. ff fami. herc. Idem quoque in diuerſis fiſci ſtationibus receptũ eſt, l. 1. C. de cõpenſ. quoniã diuiſa ſũt per cõſtitutiones corpora, & illorum munera, ſeparata, aliter atque in pluribus tutoribus, quorum diuiſio non Iuris, ſed iuriſdictionis eſt, l. inter tutores. ff. de admi. tut. infr. non per ius diuiſa tu-

tella inter plures eſt, quia omnes vnius loco cenſentur, l. ſi plures, ff. de pact. ſed iuriſdictioni magiſtratus relinquitur, ſi tutores poſtulauerint, l. 2. C. de diuid tutel. l. 1. 2. 3. ff. de admi. tut. Itaque facti hæc diuiſio eſſe dicetur, quemadmodum in ſtipulationibus ius contineri, in pactis factum verſari Paulus reſpondit alibi, l. ſi vnus, §. pactus. ff. de pact. erant igitur ſtationes vt ad rē noſtrā redeam⁹, officia ſingulorū procuratorū fiſci, in ſingulis prouinciis ad res fiſcales adminiſtrandas, quoſque procuratores catholicianos imperator nominat, in. l. penult. C. de bon. dāna. & ſtationū fit mentio in l. 2. C. de ſolu. & in l. 1. C. ne fiſc. quod vendid. euincat libr. 10. C. quamuis igitur vnicus eſſet fiſcus, eius tamen diuerſæ erāt ſtationes, & procuratorū diuerſa munera, ac in rebus Cęſarianis officia, eadem quoque ratione licet reipub. quod eius adminiſtrator

cõpenſatum eſſet, ſi quid ipſe proprio nomine debuiſſet repetere, l. penult. C. de cõpẽſ. Quod antea Paulus in pupillo & tutore reſpõderat, l. penult. ff. eo. nihil enim cõmune habẽt adminiſtrator cũ repub. vel tutor cum pupillo, quorũ obligationẽ nõ corrũpunt, nec deteriorẽ cõditionẽ facere poterũt, l. præſes C. de tranſ. l. interdũ §. qui tutelam ff de furt. Porrò hæc in pluribus qui eiuſdem pecuniæ debitores ſunt locum non habent, quocirca ſiquid à fideiuſſore petatur, æquiſſimũ eſt ipſum eligere, quod ſibi an quod reo debetur compenſare malit, l. ſiquid ff. de compẽſa. itẽque in duobus reis promittẽdi ſociis recipitur l. ſi duo ff. de duob. reis nã & inuicẽ fideiuſſiſſe vidẽtur, l. idẽ in duobus, ff. de pact. quod Accurſ. exiſtimat in d. l. ſi duo tantumdem dicas ſi procurator in rem ſuam datus litem conteſtatus ſit, vt æquitate compenſationis vtatur, l.

in rem, ff. de compenſa. quoniam iſte loco domini habetur, l. ſed ſi t ntum ff. de pact. & pro reo accipiendus eſt l. ſed & ſi ff. eod. Sed quid ex cõtrario ſi fideiuſſori debeatur, an reus compenſare poſſit? & puto non poſſe, quia non eadem quæ in fideiuſſore ratio eſt, nec intereſt rei eo modo obligationem diſſolui, poſtquàm & ipſe à fideiuſſore iterum conueniri poterit, l. ſi pro ea C. mand. l. Lucius. ff. eod. quinetiam fideiuſſoris intereſt non compenſari, & potius pecuniam retinere quàm ſtipulatori ſolutam repetere, l. ſi ſtipulatus, ff. de fideiuſſ. idem iuris in procuratore in rem ſuam facto eſſe cẽſeo, vt cum prioris loco ſit, ipſe cui ceſſæ actiones fuerint, nulla veteris domini ratio habeatur, cuius non demum intereſt obligationem diſſolui, poſtquàm vtiles actiones procuratori remiſſę eiuſdem poteſtatis ſunt, eundemque cum dire-

ctis effectum habeant, l. actio ff. de neg. geſt. amplius excipias filium familias, qui quod patri debetur compenſare poterit, cuius rei rationem Paulus addidit, in l. ſi cum filio, §. fin. ff. de compenſa. quia vnus contractus eſt, quam Accurſ. merito improbat, non enim vnus eſt contractus, ſi patri ex vna cauſa debeatur, filius ex altera obligatus ſit, nec etiam illud ego Paulum cenſiſſe exiſtimo, & apud eum, Vnius, non Vnis, legendum putarẽ, vt velit Paulus, ideo filium compenſare quod patri debetur, quia vnius contractus eſt, nam vox filij, patris vox ſemper eſt habita, §. ei de inut. ſtip. & ipſi pro vna perſona cenſiti, l. fin C. de impub. l. In ſuis ff. de lib. & poſth. quod etiam hodie ſi ex aduentitia cauſa filius debeat crederem, cũ eadem ſit neceſſitudinis & affectionis ratio, licet aduentitium patri non acquiratur, l. cum oportet, C. de bon.

quæ lib. Per contrarium ſi cum patre agatur quod filio debetur compenſare poterit, cum illud quoque patris ſit, l. placet. ff. de acq. hæred. preterquàm ſi ex adiutitio peculio filio debeatur, nõ enim ſicut fili9 cõpenſat. quod patri debetur, item pater quod filius ex eo credidit, quia non eadem ſummæ affectionis naturalis & voti ratio eſt, l. ſcripto ff. vnd. lib. nam & alibi parentes liberis propter neceſſitudinem paciſcuntur, vt doli exceptio proſit, vel vtilis actio detur, l. auus ff. de pact. l. Caius, ff. ſolu. matr. l. pater C. de pact. conuenit. non item liberi parentibus recte poterunt, l. debitor §. fin. ff ad Trib. l. inter §. cum proſe. ff. de pact. dor, maximè quia cũ ex hac cauſa nihil patri excepto vſufructu queratur, filij potius intereſt nomen debitoris non mutari, l. inter, §, 1. ff. mand. quàm patrem debitorem habere, cum quo experire cogatur, quod non

facile liceat, l. 1. & ſequ. ff. de in ius voc. In Caſtrenſi vel quaſi Caſtrenſi peculio minor eſt difficultas, cùm in his pro patre familias iudicandus ſit, l. 2. ff. ad SC. Maced. In ſeruo non eſt diſputatio, quia nec ipſe quicquam petere, nec ab ipſo peti poterit, l. ſeruus C. de iud. l. vix certis, ff. eod. ſed cum domino cui omnis quæritur obligatio, agendum eſt, l. debitor pecuniam, ff. de compenſa. Denique adnotandum eſt, ſi dolo creditoris eiuſdemque debitoris obligatio ceſſat, & nomen alteri diſtractum fuerit nè compenſetur, ex edicto teneri venditorem, quaſi immutandi iudicij cauſa alienatum videatur, & in eum obligationem reſtituendam eſſe, veluti ſi cũ naturaliter tantum mihi x. deberes, que cõpenſari poterunt, vt infr. dicemus, & totidem mihi legitimè debeã, vt impedias compenſationem nomẽ vendidiſti, magis eſt vt adhuc in te cõ-

penſationis reſtituenda ſit exceptio, quoniam eatenus mea intereſt dolo malo à te obligationem immutatam, & me alium non habuiſſe aduerſariũ, l. 3. §. penul. & fin. & l. fin. ff de alien. mut. iud. cauſ. fact. quod Bald. ſatis tamen leui ratione approbat, & reliqui ſequitur, in l. eius C. de cõpenſat. Poſtremo omittendum non eſt quãuis nõ poſſit quod alteri debetur à debitore compenſari: ipſum tamen creditori eius cui debet ſoluẽdo, ſe liberare poſſit, nam & ſi nihil debuiſſet, & alterius nomine exoluiſſet, illũ liberaret, & ſibi negotiorũ geſtorũ actionẽ quæreret, alia enim eſt exactionis, alia ſolutionis ratio, l. ſoluẽdo, ff. de nego. geſt. vnde qui ab inquilino coenaculũ cõduxerit, ſi domino ædiũ ſoluat, ſe ab inquilino, & iſtum à domino liberat, l. ſolutũ §. ſolutã ff. de pignor. act. quod rectè gloſæ & antiquioribus placuit in l. ſi cum militi ff. de

compēſ. &hæc de perſonis ſufficiant. Sequitur de reb⁹ tractemus & in primis præfamur res omnes quę in obligationē deducūtur aut corporales eſſe, vel incorporales. Et priores quidē aut corp⁹ certū, vel gen⁹ aut quantitatē cōtinent, certū eſt corpus, vt ſi fundus Tuſculanus ſeruus cos & cætera, ex quorū pronunciatione quę qualia & quanta ſint appareat debetur, l. ſtipulationū quædā, ff. de verb. obl. l. certū, ff. ſi cert. pet. quęquę apud noſtros ſpecies ſunt, ſi in genere ſuo functionē non recipiāt, l. ſcire debemus, ff. de verbo. obl. Dialectici indiuidua appellare ſolēt. In quibus hæc omnibus probata eſt regula certi corporis ad aliud certum non admitti compenſationē. Cuius rei facilis eſt ratio quia cùm hęc exceptio ſolutionem contineat non poteſt aliud pro alio inuito creditori ſolui. l. 2. ff. de reb. credit. vt nec poterit ſi nō debeatur, l. vni. C. de

plus petit. cōdēnationē deduci,l.fin. C.de fideicom. lib. quia vltra quod in iudiciū deductum eſt excedere poteſtas iudicis non poteſt,l. vt fundus, ff. comm. diuid. non etiam facile ſolet res vna ad alterius æqualitatem & functionem peruenire,l.1.ff. de contrah. empt Quod adeò verum eſt vt nec ſi ex altera tantum parte res debeatur compenſationi locus ſit, cum ſuperior militet ratio, quinimo poſtquam compenſatio inuito altero locum habeat, cogeretur nolens rem emere vel ſuam diſtrahere,l. nec emere, C. de iur. delib. vel etiam ſi res pluris ſit quàm pecunia quæ deberetur, fieret vnius cum altero confuſio, & communionem induci eſſet neceſſarium, ad quam quiſque contra naturam cogeretur,l. fin. C. comm. diuid. l. ſi non ſortem, §. ſi centum, ff. de cōdict. indeb. Sed & hoc à Iaboleno expreſſum in ſimili videtur, ſi quis ita

fideiuſſorem acceperit, vt pro x quæ credidit mille modios frumenti fide ſua eſſe iubeat, nè fideiuſſor obligetur, quia in aliam rem quàm quæ credita eſt acceptus fuerit, l. ſi ita fideiuſſorem, ff. de fideiuſſ. & hoc eſt quod Vlpianus ait, abſurdum eſſe diminutionem corporis propter pecuniam fieri, quam tamen iuſta ratio in pecunia admitteret, l. quod dicitur, ff. de impenſ. in reb. dot. fact. eadem ex cauſa Paul. reſpondit, creditori cui nomen Pignori datum eſt ſi quantitas ſit quæ ſoluatur, cõpenſandá eſſe, ſin corpus iure pignoris retineri cùm penſari non ſoleat, l. ſi conuenerit, ff. de pignor. act. l. grege, §. 1. ff. de pign. Hæc licet vera Duareno non placent qui in l. diuortio, §. ob res, ff. ſolut. matrimo. cenſuit corporis ad quantitatem fieri compenſationem poſſe. huic tamen non aſſentior. Nec obeſt §. ob res, l. diuortio quo nititur: nam

reſpondeo non vt eſt apud Accurſiũ, Bart. & ſequaces quorum ſententiam merito Duarenus reprobat, ſed dico quod ipſe fateri cogitur compenſationis verbum generale eſſe, vt aliquando retentionem quoque contineat. Itaque quod in vno loco compenſatio dicitur, in l. in rebus, §. fin. ff. Commod. in altero appellatur retentio l. ſi quis rem ff. de acquir. poſſe. l. ſi is qui, l. creditoris, §. fin. ff. de funct. l. ſi ſeruos, ff. de pignor. act. Item in l. 1. C. rer. amot. ob res amotas compenſatio fit, vt in d. §. ob res: quam tamen Iuſtinianus retentionem nominat, in l. vni. §. taceat, C. de rei vxo. act. cæterum hæc longè inter ſe diuerſa ſunt, ac plurimum differt à compenſatione retentio, quia compenſatio ipſo iure obligationem extinguit, vt vſque ad concurrentes quantitates ſolutionem continet, retentio eſt loco pignoris, vt per illam donec ſatisfiat,

res apud eum cui debetur maneat, quod eſt ab Vlpiano expreſſum, in l. quod dicitur, ff. de impenſ in reb. dota. & alibi reſponſum eſt, tunc demũ veram fieri in cauſa dotis compenſationem ſi ex vtraque parte quantitas debeatur, l. in his, §. 1. ff. ſolut. matrim. Ergo compenſationis nomine in d. §. ob rem retentionem intelligas quæ verè compenſatio non eſt de qua loquimur, quamuis ob ſimilitudinem & affinitatem quam inter ſe habent, ſic nuncupetur: nam & per rentionẽ ſi non ſoluatur quod mutuò debuit creditor, res apud debitorem remanet perinde ac ſi compenſationi locus fuiſſet, quę occaſio nominis vſurpandi data eſt. Ex quibus colliges illud quod verum eſt, licet corporis ad quantitatem non fiat compenſatio: iuſtã tamen retentionem fieri poſſe, vt ſi mihi. c. indubitato debeas, ego tibi fundum dare vel præſtare ſim o-

bligatus retinere illa poſſim. Quãuis petieris donec mihi ſatisfiat, l. ſi non ſortem, §. ſi centum, ff. de cõdict. ind. vt apud me ſit pignoris loco, l. Iulianus, §. offerri, ff. de act. empt. ſicuti cautum ſæpius eſt in eo qui captum ab hoſtibus redemit quem iure pignoris retinet donec prętium ſoluat, l. qui teſtamento, ff. de teſtam. l. ſenatus, §. 1. ff. de lega. 1. l. 2. C. de capt. & poſtlim. reuerſ. Aliam tamen quandam retẽtionis ſpeciem eſſe nõ ignoro quæ rei vel iuris perpetuam deductionem continet, veluti cum dicitur dominum poſſe ex peculio retinere, quatenus ei ſeruus ſurripuerit, l. ſeruus quem ff. de act. empt. eodem ſenſu hęres retenta quarta reſtituit ex Pegaſiano Senatuſcon. hæreditatem, §. ſed quia hæredes de fideicom. hæredit. in ratione legis Falcidiæ retentiones imputari dicitur, l. in ratione ff. ad leg. Falc. hæ deductiones pro-

priè appellantur, l. quod ſi nulla, ff. de leg. 1. exceptiones alibi, l. ſi cũ putem, §. ſi iter, l. qui exceptionem, §. ſi pars, ff. de condict. indeb. l. ſi tibi liberum, ff. de act. empt.

Secundo obijcit, §. in bonæ fidei de act. & l. fin. C. de compenſa. vbi in actionibus in rem fit compenſatio, perpaucis exceptis caſibus. ergo vt ipſe putat hinc ſequitur rem ipſam in compenſationem deduci. Sed his locis reſpondeo, non quidem vt fecit Accurſ. & cęteri, eos accipiendos eſſe, cum res perierit & quantitatis in eius locũ fit ſubrogatio, nam licet fatear eo caſu ſine dubio locum eſſe compenſationi, non eô tamen Iuſtinianũ reſpexiſſe mihi perſuadeo, nec veroſimile eſt actionem in rem appellaſſe ſi res nõ debeatur, ſed litis æſtimatio poſtuletur cũ aliud ſit res, aliud pretium, l. ſi ex pecunia, C. de rei vend. Sed res tota altius repetenda eſt & ad-

notandú veræ compenſationis vſum in actionibus, in perſonam inſtitutú fuiſſe, quod vel ex eo conſtat, quia debiti ſit cú credito contributio quæ propriè ex obligatione naſcuntur, & perſonalem actionem continent, §.1. de act. l. actio, ff. de act. & obl. & in his quidem vt ipſo iure actionem minuerent ac creditor qui idem debitor eſſet bonam fidem agnoſcere cogeretur, & minus petere quia ſe aliud debere intellexiſſet, l. poſteaquam, ff. de compenſa. ac craſſa futura ſit proprij facti ignorantia, l. plurimum, ff. de iur. & fact. ignor. Itaque ſi nulla compẽſationis agnita fide integrum poſtulaſſet cauſa caſurus eſſet, l. vni. C. de plus pet. §. plus autem de act. ná & bonæ fidei actionibus perpetua doli mali exceptio ineſt, l. huiuſmodi, §. qui ſeruum, ff. de leg. 1. in ſtrictis etiam actionibus cum ipſo iure ſolutio diſſoluat obligationem, §. 1. quib.
mod.

mod. toll. obl. & compenſatio ſolutionem contineat neceſſe eſt, vt hæc quoque inſit, l. verum eſt, ff. de compenſat. nec quicquam eſt quod iuris gentium vim & effectum impediat, l. an inutilis, §. filiusfamilias, ff. de acceptila. Sed ſi res compenſari non poſſet, aut quia functionem non reciperet, vel non ſatis de ipſius obligatione liquidò conſtitiſſet, reconuentionis licentia facta eſt, vt reo liceat actorem alterius obligationis nomine impetere, & in ius vocare, quod etiam apud eundem iudicem fieri poſſe, ex Papiniani quæſtionibus Iuſtinianus memorat, in l. cum Papinianus, C. de ſentent. & interloc. l. fin. §. fin. ff. de var. & extraor. cog. nam & hoc modo eius prorogata videtur iuriſdictio, ſi idē, §. 1. ff. de iuriſ. om. iud. l. qui non cogitur, ff. de iud. quò pertinet, l. ſeruum quoque. §. fin. ff. de procurat. & l. ſi inter me & te ff. de

re iudica. itẽ in actionib⁹ in rẽ ſi quid reo deberetur, quia in eam errogaſſet, vel impẽdiſſet, bonæ fidei quidẽ poſſeſſori per doli doli mali exceptionem iuſte rem retinere licebat, donec ei ſatisfieret, & illud omne quod impendiſſet per officium iudicis æquitatis ratione ſeruare, l. ſumptus l. emptor, ff. de rei vẽd. ſi neceſſarię impenſæ forent, l. ſi in arca ff. de condict. ind. l. Paulus. ff. de dol. mal. & met. except. cuius rei rationem illam legimus, quia cũ neminem ſibi obligare voluerit, qui in rem alienam vt ſuam impendit, ius petendi non habet, ſed ſola retentione doli mali exceptione oppoſita vti liceat, l. in hoc iudicio, ff. comm. diuid. In hos tamen ſumptus fructuũ perceptorum fiebat compenſatio, l. ſumptus l. in rebus. §. poſſunt ff. commod. quod noſtræ diſputationi non oberit, quoniam eos fructus qui compẽſat apud ſe cõſum-

pſerit, vel adhuc habeat quos retinere poſſit, & quorũ prętium iuſte cõſideratur, cú nõ reſtituantur, l. in his §. 1. ff. ſolu. matri. ſicuti cũ creditor fructus perceptos in ſortem compenſare cogitur. l. 2. C. de pig. act. & hæres fructus in Trebellianicam, l. iubemus C. ad Trebell. Idemque in aliis ſimilibus ſæpè iure ciuili cautum eſt, vt fructus quos perceperint cum eo quod ſibi debetur compenſare cogantur, quod ſi vtiles impenſæ & ſumptus fuerint, tollere bonę fidei poſſeſſor poterat, non rem ipſam retinere, vt in neceſſariis diximus, ſic tamen vt fundi dominus pretiũ impenſarum exoluere non vetaretur ne tollantur, l. ſi ſeruos ff. de pignor. act. ſi non grauiores impenſæ fuerint, & malitioſę vt omnino nocerét, ac tales quas vix luere dominus poſſet, quia malitiis hominum indulgendum non eſt, l. in fundo ff. de rei

vend. nam nec malæ fidei poſſeſſor quod in rem impendit deducet, l. ſi quid poſſeſſor, §. ſed ſi, & § .ſeq. ff. de pet.hæred.vt nec ſolebant in actionibus in rem aliena. compenſari debita, l.Stichum, §.fin. l.creditor. ff. de ſolut.not.in l.eum qui §. fin. ff. de inof. teſtam. Ex quibus omnibus certo apparet quæ fuerit Iuſtiniani ſententia, in l.fin.C.de compenſ. dùm in actionibus in rem ipſo iure compenſationes fieri conſtituit, & in §.in bonæ fidei de actio. actiones in rem ipſo iure compenſatione minui, vt ſcilicet cum olim retentiones, illæ de quibus diximus per doli mali exceptionem in his fierent, hodie quemadmodum in bonę fidei contractibus ipſo iure minuant actiones, vt plus etiam petijſſe videatur, qui bonam fidem non agnouerit, & ſumptuum non habita mentione rem petierit, vt ob id non ſolæ actiones in §. actionum

de actionibus enumeratæ ſint bonæ fidei, ſed etiam exceptio illa *ſi quid inuicem ex altera parte debebitur*, & in ea doli exceptio inſit quemadmodum in cæteris bonæ fidei iudicijs l. ſed ſi ideo ff. ſolu. matrim, non ob id tamen rem cum quantitate compenſari ſequitur, nam & ibi compenſationis verbo retẽtionẽ quę ad actiones in rem pertinet neceſſario accipimus, vt ex ſuperioribus conſtat, licet etiam cum res petitur & inuicem pecunia debeatur in bonę fidei iudiciis ipſo iure compenſatio perpetuo fieret, non tamen propterea corporis cũ quãtitate ſed actionis diminutionem fieri dicemus, quod eſt expreſſum in l. quod dicitur ff. de impẽſ. in reb. dot. exceptio quoque à Iuſtiniano addita hęc veriſſima eſſe declarat, vt ſi quis rem alienam mala fide poſſideat compenſare nõ poſſit, & hoc eſt quod ait eum qui perperam alienã poſſeſſionẽ

occupat hæc iure nõ vſurum, l. fin. C. de compenſ. hic enim domino repetenti ſtatim reſtituere cogitur, l. conductores C. de loca. ac tandem de iure ſuo ſi malit litigare, l. ſi quis conductionis C. eo. nam nec impẽſarum aut ſumptuum ratione poſſeſſionem retinet, ſed demũ ſi neceſſarij fuerint repetet, l. ſi quid poſſeſ. §. ſicut ff. de pet. hęred. aliud eſt ſi ſciens in alieno ſolo ædificauerit vt non repetat l. domum C. de rei vend. Ideoque licet diruta ſit domus, materiam tamen vendicare non poteſt, §. ex diuerſo de rer. diuiſ. apud Iuſtinia. nec obeſt quod dicitur in l. 2. C. de rei vend. priſtino domino reſtitui ſi diſſoluatur ędificium ſiue bona ſiue mala fide extructum: nam præter antiquos locum illum ex neotericis quidam accipiunt de mala fide, quæ non quidem circa rei alienæ ſcientiam cohęreat, quo caſu ibidem reſcriptum eſt ſi donandi

animo fecerit non repetiturum, ſed de ea quę circa ædificij formam verſabatur, quia longè plurisfuerit ſuperficies ipſa quàm ſolum, & tanta vt vix luere dominus potuerit, quo caſu inquè facti ſũptus vidẽtur, l. ſi ſeruus ff de pigno. act. cuius tamen rei ratio non habetur, ſi dirutum ſit ædificium, quoniam nihil domini ſoli interſit quin omnia quæquę ſint quæ non donãdi animo impenderit repetat, licet quandiu res eſt integra eius malitiis indulgendum non erit, vt res noſtra cui ſuperficies ceſſit §. cũ quis de rer. diuis. carere cogamur, ſi in eam alij plus cõſumpſerint quam iuſte debuiſſent, & facturus foret dominus, d. l. In fundo ff. de rei vend. illud item Seueri reſcriptũ. non ineptè acceperis vt in eo duæ quęſtiones tractẽtur, prima ſi quis ex ſua materia in alieno ſolo ædificat, quo caſu certum eſt non

repetiturũ l.ſi ſupra l. quoties §.areã ff. de ſolu l.ſi in area ff.de cõdict ind. §.ex diuerſo de rer. diuiſ. eoque modo loquatur vſque ad verſ. *ſed ſi idquod*, in quo ex contrario explicet quid iuris ſit ſi ex aliena materia ſoli dominus ſuperficiem conſtruxerit, vt diruto ſaltem edificio ſiue bona ſiue mala fide effecerit ad veterem materię dominũ res integra redeat, quod ita, eſt ſi non fuerit iam duplum conſecutus, l. adeo §. vt cum quis ff. de acq. rer. dom, hũc reſcripti ſenſum arguũt hæc poſtrema eius verba, *ſinõ donandi animo ædificia alieno ſolo impoſita ſint*, ex quibus diuerſum eſſe cõſtet, nũ quis in alieno ſolo ex re ſua an ex aliena materia in ſolo ſuo conſtruxerit cum maior ſit domini in propriis rebus transferendis authoritas, quam cuiuſque alterius ſibi quærendarum facultas, eadem quoque mihi videtur eſſe ratio depoſiti & cur illud ob ſumptus

generaliter compenſare non liceat, l. fin. C de compenſa, quoniam bona fides quæ in eo ſumma exigitur vt ſacrum reddatur depoſitum illud pati non poterit, l. bona fides ff. depoſ. quod infra latius dicemus, interea adnotaſſe ſuficiat, eũ quoque qui nõ poſſidet ſũptus quos in alienum impenderit donaſſe videri, l. 2. C. de reivend. l. ſi in area ff. de condict indeb. Tertio Duarenus obiicit l. ſi debeas ff. de cõpenſa. qui locus nobis magis prodeſt quã noceat, ex eo enim cõſtat ſi res aut pecunia debeatur, tunc demũ locũ eſſe cõpenſationi ſi debitor declarauerit quid præſtare velit, quaſi ſi rem obligat non poſſit compẽſare, namque ſi in vtroque genere obligationis compẽſationi loc⁹ eſſet, fruſtra debitoris electio ad eã requireretur, cũ vtroq; caſu debitorẽ eundẽq; creditorẽ cõpenſaturũ certũ eſſet, & inutilis eius rei ſit expectatio, cui⁹ nihil operatur euẽtus,

l. hæc ſtipulatio §.diu⁹, ff.vt lega.noui caueat. Secũda regula eſt, generis ad genus legitimam compẽſationẽ fieri: Eſt autẽ apud Iuriſ. genus illud quod eiuſdẽ naturæ res plurimas continet, veluti ſi homo,vel equus debeatur,licet apud dialecticos hęc ſpecies appellentur,quia ſub generali animalis amplexu ſubſint,l. legato ff. de lega. 1. & incerta hæc frequentiſſimè apud noſtros eſſe dicũtur,l.cũ incert⁹ ff.de leg. 1. l. In executione, ff. de verb.obliga. huius vero definitionis ratio eſt,quoniam genera inter ſe functionem recipiãt,l.2.ff.de reb.cred.quocirca dicũtur perire non poſſe, l. commune ff. ad leg. Falc. l. incendium C. ſi cert. pet. quod verum eſt ſi eiuſdem generis ſit quód debeatur, nam ſi tu mihi hominem, ego tibi equum debeam, non eſt compenſatio, ne aliud pro alio ſoluam, vt ſupra diximus, itaque cum hereditatis maiorem partẽ pe-

terẽ, & minorem poſſiderem, atque inuicem portionis quæ apud me eſt partem me alteri debere certum ſit, quia pro indiuiſo cõmunis eſſet hęreditas, mutua portionũ illarum fit compenſatio, l.1.§.item ſi cum me.ff. ſi pars hæred. peta.l. qui non militabat ff.de hæred. inſtitu. Eadem lege quantitatis cum quantitate fieri cõpenſationem nemini dubium eſt, & hęc erit tertia regula ex l. imperator §.ſi centum ff.de leg. 2. quoniam æqualitate ſua nũmus omnia ſolet æſtimare, & eorum vice fungi l.ſi & rẽ & prætium ff.de peti.hęred.l.ſi ita fideiuſſorẽ ff.de fideiuſſo. & ideo forma publica percuſſa pecunia eſſe dicitur, vt quãtitate ſua omnia perſtringeret l.1.ff.de cõtrah.empt. Quod adeo verũ eſſe exiſtimo, vt etiã ſi certos tibi mile nũmos debeam, vt puta qui in arca ſint, tu totidẽ in genere, adhuc compenſationi locum eſſe pu-

tem, licet enim certi nummi corporis vice iuris interpretatione cenſeantur, tum ne ipſorum lagatum ſæpius factum multiplicari poſſit, & vt ſi ſine debitoris culpa pereant liberatus ſit, l. ſed ſi certos l. planè, ff. de leg. 1. tamen negari nõ poteſt naturales nũmos eſſe, qui vt ſunt, in genere ſuo fũctionem recipiunt, nec in vera & naturali ſolutione cuiuſmodi eſt compenſatio, quicquam interſit an hi vel alij ſoluti fuerint, l. nũmis. ff. de in lit. iur. quinimo ſi quis denarios ſtipulatus ſit, eiuſdem quantitatis aurei præſtari poterunt, l. quæ extrinſecus. ff. de verb. obl. l. cum certum. ff. de aur. & argẽ. lega. præter quã ſi certum genus nummorũ ex vna parte, ab altero in genere quãtitas debeatur, tũc enim quod de diuerſo genere dixim⁹ obſeruandum eſt, l. 1. §. fin. ff. de aur. & arg. In rebus incorporalibus nullam compenſationis rationem haberi

exiſtimo , vnde ſi tu mihi ſeruitutem per fundum debeas,ego alteram prædij tui nomine pati cogar, nec ſi iura eiuſdem ſint nominis & qualitatis , vt quia iter fortaſſis ab vtroque debeatur,compenſationē locū habere putarē,idem ſi vterque ad id quod intereſt ex certis cauſis ſit obligatus , vel ex re certa annuam functionem veluti hominiū & ſeruitiū debeat , quoniā generaliter accipiendum eſt,hæc omnia incorporalia,quæ ſunt, qualitates, vel iura eſſe, l. quid aliud ff. de verb. ſig. quæ diuerſā ex accidentibus & ſingulis obueniētibus habēt rationē, ac varijs circūſtantijs aliter atque aliter cōſiderātur, vnde in ſeruitutibꝰ reſponſū eſt nō aliter quàm cū ipſis prædijs & poſſideri & vſucapi, §. ſi alien. §. hoc Iure. ff. de vſucap. quocirca nec in ſuo genere functionem recipiunt,quia licet eiuſdē poſſint eſſe nominis,nō eadē tamē eſſe vel ob perſonarū quibus

debentur vel rerum quibus cohæreãt varietatem, certiſſimum eſt cum ex his omnibus quibus iungũtur horũ diuerſitas potiſſimum conſideretur, l. aut facta vbi not. ff. de pœn.

Supereſt vt de effectu compẽſationis dicamus. Primus eſt vt vim ſolutionis & retentionis in omni genere crediti habeat, quod ſupr. diximus & ex eo patet, quia dicitur etiã id quod naturaliter debetur venire in compẽſationem, l. etiam ff. de compẽſa. hoc enim ſcitu dignum eſt omnes penè obligationes iuriſgẽtiũ eſſe, l. ex hoc iure ff. de inſt. & iur. vnde eædẽ perpetuo habebantur, nec magis alter altero debitor dici poterit, quamuis arctius teneatur propter ius ciuile quo obligationũ alię ad actiones probatæ ſunt, aliæ in ſolo iure gentiũ manſerunt, vt nudum factum contineãt, l. nec ſeruum ff. de pecul. Itaque quãuis in his que natura debentur quo-

niam iure ciuili non ſint probata, nõ detur actio, tamen quia iuriſgẽtium ſunt, ſoluta repeti non poterunt, & eadem quoque ratione compenſantur, cum compenſ. ratio vi ipſa nihil aliud ſit quam retentio l. 3. l. 4. ff. de compenſ. Hæc pluribus exemplis patebunt, veluti ſi nudo pacto mihi debeas, inutiliter ago, l. iuriſgentiũ, §. igitur nuda ff. de pact. Illud tamen recte compenſabitur, nam & ſolutum non repetetur, l. 3. l. per retentionem C. de vſur. l. in his §. imperator ff. de ſolu. item ſi pupillus ſine tutoris authoritate obligetur, non conuenitur, l. Iulianus §. ſi quis à pupillo ff. de act. § . 1. de auth. tuto. ſed quia naturaliter aſtringitur, l. 1. ff. de noua. l. ſi pupillus, ff. ad leg. Falc. illi nocebit compenſatio, quo caſu ab eo ſi ſolutum eſt repeti non poterit, l. naturaliter §. fin. ff. de condict. ind. Tantundem dicas ſi filius familias à

fratre mutuam pecuniam acceperit, qui vt naturaliter eſt obligatus, ſic & ſi ſoluerit non repetit, & ei compenſatur, l. frater à fratre ff. de condict. ind. Idem ſi hæres vltra ciuilem modum legata præſtiterit qua ratione non condicit eandem cõpenſationem pati cogetur, l. 1. l. fin. C. ad leg. Falc. Simile ius eſt ſi ex minus ſolenni voluntate inutiliter aliquid relictum fuerit quod iure ciuili non debetur, ex conſcientia & naturaliter hæres aſtringitur, l. non dubium C. de teſtam. l. 2. C. de fideicom. ergo ſi ſolutũ fuerit non condicitur, ſed & compenſatur, l. ſi veritas C. eod. denique generale illud accipias ea quæ naturaliter debentur compenſari poſſe, l. etiam ff. de compenſatio. vt & ſolutio. iuriſgentiũ eſt, quod verum erit ſi non exceptione elidantur quæ naturali ſubſunt obligationi, l. quæcunque ff. de compenſ. quamuis enim naturales obligatio-

nes maneant, ſi obſtet exceceptio, l. naturales. ff. de act. & oblig. tamen compenſari non poſſunt, vt nec conſtitui poterunt, quia iuribus non ſit pecunia debita, l. 3. §. ſi quis autẽ ff. de cõſtit. pecun. licet alioquin natura debitum cõſtituatur, l. 1. §. debitum ff. eo. aliud enim eſt propter iuris ciuilis autoritatẽ inutiliter agi, aliud vero agi poſſe, ſed id male quidẽ, quia exceptione iudiciũ perimatur l. 1. §. fin. ff. quãd. dic. leg. ced. vt priore caſu cõpẽſari poſſit, quẽadmodũ & retineri, quod ex ſuperiorib⁹ exẽplis patet, in quibus nõ eſt exceptio quę tollat actionem, quin ipſa nũquã iure ciuili data eſt, quinimo cũ natura debeatur, æquũ eſt naturaliter debitum cõpenſari, quo iure ęquitas cõpẽſationis inducta eſt, l. inter tutores. ff. de admi. tuto. Sed ſi actio data ſit, quã tamẽ exceptio ſuſtulit, non eſt cõpenſationi locus, quia iuribus non debetur pecunia, l, quod ſi §. ſi quis au

tẽ, ff. de cõſtit. pecun. velutiſi ver⁹ debitor abſolutus ſit non cogitur cõpẽſare, quoniã naturale debitũ rei iudicatæ exceptione tollitur, l. ingenuũ ff. de ſtat. homi. filiusfam. qui mutuã pecuniam acceperit propter SC. Macedoni. exceptionem nõ compenſat. itẽ is qui iurauerit ſe nihil debere, & cui pactũ de nõ petẽdo factũ eſt, quod in cęteris omnibus exceptionibus dicendũ erit, ex quibus actio perimitur, quia licet verum ſit naturaliter deberi, & ad ciuilẽ actionẽ ſatis amplius fuiſſe, tamẽ quia ius ciuile per exceptionem hanc naturalem ciuili iunctã obligationẽ perimit, ideo cõpenſari nõ poteſt, quia iuribus non debetur; aliud eſt, ſi nec ab initio illã ius ciuile probaſſet aut improbaſſet, ſed in nudis & puris naturæ finibus reliquiſſet, tunc enim verũ eſt cõpenſari poſſe, quia nihil ſit quod ſolutionem impediat, & ſolutũ nõ repetitur, quin etiã hic iuriſgentiũ potiſſim[illegible] eſt effectus. ex qui-

b⁹ liquido cõſtat plurimũ intereſſe an nuda obligatio naturalis sẽper ſuerit, nec aliquo modo iure ciuili cognita vt cõpẽſari poſſit, an inter legitimas quidẽ fuerit & tales quas ꝓprias ſibi lex fecerit veluti ex mutuo obligatio, ſed iure exceptionis eliſa, vt nõ cõpenſetur, quia nõ debeatur iuribus, hoc eſt quia cũ iuris ciuilis illa ſemel effecta per exceptionẽ tãdẽ ſublata ſit, aliqua iuris ciuilis parti ſingulari ratione infirmatur quoniã exceptiones quę iuris prętorij sũt, partẽ iuris ciuilis cõſtituũt, l. nã & ipſum ff. de iuſt. & iur. hęc tamẽ omnia de rerum exceptionib⁹ accipiẽda ſunt, quæque obligationem perimere dicuntur, l. quęcunque ff. de compenſa: nã ſi quæ ſint perſonę cõpetãt, & humanitatis tantũ gratia vel miſericordia dentur, cõpenſationẽ ex his nõ impediri putarem, cuiuſmodi illa eſt quæ donatori, ſocio, & aliis competit ne vltra quã facere poſſint cõuenian-

tur, l. ſunt qui & l. ſeq. ff. de re. iud.l.maritũ, ff. ſolu. matr.l.verũ. §.1. ff.pro ſoc.l. qui bonis, ff. de ceſſ. bono. quia non ex his liberatur debitor, ſed donec ad meliorẽ fortunã venerit exactio differtur, l is qui, ff. eo. vnde ſi aliqua ratione creditor ſibi vigilauerit nõ impeditur, & hoc eſt quod dicitur aliud eſſe diẽ obligationis non veniſſe vt compenſetur, l. quod in diem, ff. de compenſ. quoniã exceptione tolli poterit, aliud humanitatis gratia tempus ſolutioni indulgeri, l. ſi cum militi §.fin.ff.eod. ergo ſi naturaliter debeatur cõpenſari poteſt, multo magis ſi legitima quoque obligatio ſit & iure probata, quoniã arctius tũc debitor aſtrĩgitur, vt naſcatur actio. l. iuriſgẽtiũ ff. de pactis, quod generaliter in omni obligationis figura accipiẽdũ eſt quocirca ſiue ex iudicato, aut ex ſtipulatu, legato, vẽditione, & ſimilib⁹ debeatur cõpẽſari poterit, l. pecuniã l. cũ

militi §. fin. ff de cõpẽſ. l. 2. l. etiã l. quo niã C. eo. quinimo & ex delictis ſi mutuo debeatur cõpenſationi locus eſt, l. ſi ambo ff. de cõpẽſ. l. ſi duo. ff de dol. quoties pecuniæ in his eſt perſecutio quæ pẽſari poſſit, vt inter cõiuges ob mores retẽtio, l. viro l. cũ mulier ff. ſolu. matr. HOC enim in publicis iudiciis vigor publicæ diſciplinæ nõ patitur, l. 2. §. ſi publico, ff. ad leg Iul. de adul. idẽ ſi vſurariũ ſit debitũ, aut id quod intereſt ex eo debeatur l. pecuniã. ff. de cõpenſa. l. cũ alter. ff. eo. hinc factũ eſt vt cum nulla ſit obligatio non compẽſetur, veluti ſi quis iniuſte per ſententiã vicerit & ei ſolutum ſit, compẽſatio nõ eſt opponẽda, quãuis natura indebitum à cõdẽnato, ſolutum fuerit, ſed ſicuti illud non repetitur, l. Iulian⁹, ff. de cõdi ind. Ita iuſtè poteſt accipienti cõpenſari, l. 2. C. de compenſa. quia nihil ipſe qui vicit debeat, quin ſibi per rem iudicatã ciuiliter debitũ

acceperit, quamuis alter iniuſte ſit cõdãnatus, quẽadmodũ enim naturalis debiti non eſt repetitio, nec aduerſus eum qui acceperit compenſatio, quoniã ſuũ recepit ex quo nihil is debeat cui datum eſt, ſic quoque ciuilis debiti exolutio & cõdictionẽ & compẽſationẽ impedit, licet enim qui ſoluit verè & ipſo facto non deberet, tamen ciuiliter debuit qui cõdẽnatus eſt, quæ ciuilis obligationis diſſolutio efficit ne qui accepit indebitum accepiſſe videatur, vt obiiciatur cõpẽſatio. Excipiũtur certi caſus, primus eſt ſi ex rei fiſcalis aut publicæ emptione pretium debeat, l. aufertur. §. vt debitoribus, ff. de iur. fiſc. l. ſi ex venditione. C. de compenſat. non enim res fiſci aut rei pub. ſine vera pretij adnumeratione diſtrahi ſolet, quod ad bona pupillorũ & eccleſiæ noſtri porrigũt, l. ſi procurator iũct. gl. ff de iu. fiſc. Ergo id bona decreto & iudicis autori-

tate cõparata extenderem, vt etiã creditor qui emit. ac licitatus eſt & vicit prętiũ cũ creditoꝛ cõpenſare nõ poſſit, ſed omnino appendere ſit cogendus, vt tandem ei ſuo loco vel ordine cum cæteris ſatisfiat, & alia cauſa ſit creditoris ſibi vigilantis, & qui rem à debitoribus in ſolutum acceperit, l. pupillus. ff. quæ in fraud. cred. ſi nulla fraus inſit, l. ſi non expedierit §. fin. ff. de bon auth. iud. poſſid. aliud dicendum ſi rem emerit, quo caſu omnia reſtituit, quin dolum & culpam reliquis creditoribus præſtat, l. prætor. §. eſt præterea ff. de bon. auth. iud. poſſid. conſtitutum enim eſt vt de eo quod ex bonis debitoris ad eum peruenit generaliter teneatur, l. creditore, ff. eo. l. legis C. qui bon ced. poſſ. l. à diuo pio §. ſed ſi emptor. ff. de re iudi. Porro in quæſtione noſtra licet ex frumenti aut olei pecunia ſi quis debeat cõpen-

ſare nõ poterit, l. 3. C. de cõpenſat. non enim frumẽti, pecuniæ debitor videbitur qui ex eo condemnatus eſt, quòd ædilitatis tempore arctiorem annonam præbuit, l. ideo ff. de compenſ. quoniã hoc totũ pœna eſt, aliter atq; ſi pecuniæ ſibi datę ad annonã & victus comparãdos expeditionis fortè tempore aliquid debeat, & reliquator ſit cùm frumenti vel olei emendi cura ei fuiſſet commiſſa, l. fin. §. perſonale munus. ff. de muner. & honor. hoc enim compenſari non poterit, l. ob negotium, ff. de compenſa. quia doloſè in eo verſatus iudicatur, vnde purganda malitia eſt, & pecunia ciuitati reſtituenda, ne ad fraudem homines inuitentur, l. conuenire, ff. de pact. dotal. alter caſus eſt ſi ex tributis, & vectigalibus vel ſtipẽdiis fiſco aut reipub. debeatur, d. §. aufertur & l. 3. C. de cõpenſa. nã & vtrique vectigalia pręſtantur, l. vniuerſis.

C.de vectig. Tertius ſi ex calēdario, hoc eſt nominibus ciuitati deberent, quibus certi etiam magiſtratus præficiebantur, l.fin.§.ſed & eos ff. de muner. nec illud poterant cum credito compenſare, cùm ſtatim reipub. pecunias collocare debuiſſent, l.ſi bene ff. de vſur. exemplo tutoris l. tutor.§.ſi poſt ff.de admi.tuto. Quartus ſi à repub. ex alimentorum cauſa ſibi commiſſa aliquid acceperint, vt in l. fin. §. camelaſia ff. de muner. & honor. fidem datam implere coguntur, nec ſi quid ipſis inuicem debeatur compenſare poſſunt, l. 3. C. de compenſa. ne aliquid damni alimentorū fauori & neceſſitati adferre videā-tur, l.cū hi ff. de tranſact. l. de alimētis C.eo. Alter eſt in eo qui ſtatutis ſumptibus ſeruire cogitur, vt videlicet ſi ad illud pecuniam acceperit nō liceat illam in creditum cōpenſare, & rempub. fallere, quæ alios cogatur coſ-

que nouos erogare ſumptus, idque operis publici fauor inſtituit l. 1. l. ex pollicitatione ff. de pollicit. l. ſi quãdo C. de oper. publ. itẽ ſi fideicõmiſſi ciuitatis debitor fuerit, l. in ea C. de compẽſa, ne teſtatori fides data fraudetur: eſt quoque tàm in repub. aut fiſco quàm in ſingulis hæc exceptio vt ſi non fuerit ſatis certa & liquida obligatio, cum liquida non compenſetur, quod non ita quidem accipitur vt in compenſationem venire id non poſſit de quo lis iam conteſtata eſt, ne eo modo diligentior quiſque deterioris conditionis efficiatur, l. in compenſationem ff. de compenſat. ſed cùm olim qui egiſſet ſi mutuo impeteretur, per conſtitutiones vetitum erat de priori cauſa ferre ſententiam, donec de poſteriore quoque eſſet cognitum, l. 1. § . fin. ff. quæ ſent. ſiu. apell. reſcind. vt hæc inuicem compenſare liceret, l. neque C.

de compenſa. per Iuſtinianum effectum eſt vt hoc locum habeat, ſi non multis ambagibus ſecunda actio inuoluta fuerit, ac longiorem ipſa & prolixam requirat indaginem, ne diutius creditore ſuo carere cogatur, & alteri fruſtrandæ ſolutionis occaſio parata naſcatur, l. ſatis C. ad leg. Corn. de falſ. ſicuti per contrarium ne ſi is cùm quo prius actum fuerit, diutius litigare malit quàm fateri, eoque modo pluribus ſumptibus reum onerauerit, poſſit tandem ipſe ad impenſarum damnum fugiendũ cõpenſationem opponere, quo caſu iudex nullo alio de principali cauſa diſcuſſo cõpenſationis tantum rationem veluti confeſſi habiturus erat, l. tale pactum §. qui prouocauit ff. de pact. quin hodie ad litis ſumptus teneatur, l. fin. C. de cõpenſat. quocirca iudicis religioni hoc relictum videtur, vt quãdo locus eſſe

compēſationi poſſit arbitrari ſoleat, l.1.ff.de iur.delib. & in fiſcali conuentione certū tēpus adiectū legimus,l. aufertur §.qui compenſationē ff. de Iur. fiſc. moribus quoque gallicis vt cōpēſatio opponatur prīcipis reſcripto op⁹ eſt. Altera exceptio eſt in depoſito propter rei ſacræ fidē: ſic enim poëta depoſitum appellat,nec eſt aliqua cōuētio quę maiorē exigat fidē, quod ex vocula *de* apud Vlpianū oſtēditur quę vt ipſe loquitur datā fidē adauget,l.1.ff.de poſ.quę eſt ratio cur nec ob ſūptus in rē factos ex Iuſtiniani reſcripto retineri poſſit, ſic enim interpretor l.fin.C. de cōpenſa.& habetur in l. vlt. C. depoſ. commodatū quidē ob illos retineri poſſe putarē, l. in rebus §.poſſunt ff. cōmod. alterius cuiuſcunque debiti occaſione non puto, l. fin. C. de commod. ne ex beneficio ſuo qui cōmodauerit damnum aliquod pati cogatur, l.ad res ff.

de ædil. edict. idemque iuris in precario conſtituo, l. 1. ff. de precar. in locatione & conductione expreſſum eſt, l ſi quis l. conductores C. de loca. quoniam rei alienæ quodammodo inuaſores exiſtimentur, & malam fidem ſuam detegát, qui caſus poſtremus eſt eorum qui compenſare & rẽ retinere non poſſunt, l. fin. C. de cõpenſa. l. domum C. de rei vendi. Alter effectus eſt vt ipſo iure fiat compenſatio, quod in omni obligationis genere nõ aliter obſeruatum apud Romanos fuiſſe accepimus, nam ſi vel criminalis actio eſſet, ipſo iure illa quæ eadem quãtitate æſtimari poterat compenſabatur, l. ſi ambo ff. de compẽſa. in ciuili iudicio bonę fidei nulla eſt ambiguitas, idemque in arbitrarijs actionibus dicitur, l. pecuniam ff. de compẽſa. ſed & in ſtrictioribus, vt in ſtipulatione & ſimilibus tantundem ex Neratio & Pomponio

verum eſſe Paulus reſpondit, in l. verum ff. de compenſa. at rationem habet, quoniã compenſatio ſolutio eſt, quæ ipſo iure obligationẽ perimit, §. 1. quib. mod. toll. oblig. in ſtrictis demum iudicijs etiam illa continẽtur quæ ex rei natura inſunt, l. cum quid ff. de reb. cred. quod enim Tribonianus in ſtrictis actionibus de doli mali exceptione opponenda reſcripſit, ad actiones in rem pertinere exiſtimo, l. Paulus ff. de dol. mal. & met. except. in quibus cum eſſet perpetuum ne res cum quantitate compẽſetur, nec propter aliud debitum res compenſari poſſet l. Stichũ §. ſi creditor ff. de ſolu. fieri poterat vt qui ſumptus maiores feciſſet, re domino reſtituta diutius litigare cogẽdus eſſet; donec imperatoris reſcripto per doli mali exceptionem poſſeſſionem retinere permiſſum eſt, & ita loquitur §. in bonæ fidei de act. & l. ſin. C. de com-

penſa. in omnibus hæc ipſo iure fieri conſtituit, nec minimum erit momentum, propter actionis diminutionem, vt actor qui compenſationis & ſumptuũ ratione non agnita rem petierit plus petijſſe videatur l. vni. C. de pl⁹ pet. Itaque falſam eſſe Bald. in l. neque C. de compenſat. & aliorum opinationem existimo, cùm putant licere creditori debitorem adhuc cui etiã tantundẽ debeat interim carceribus cõprimere, cum enim ipſo iure fiat cõpenſatio, vt nec vſuræ ad concurrentes quantitates currant, l. cum aliter ff. de compenſ. nec pœna debeatur, l. pecuniam ff. co. negari non poteſt quin ab initio minus ipſe petere debuerit, qui in tantundem ſit obligatus, l. poſteaquam ff. de compenſ. nam & qui manifeſte locupletẽ fideiuſſorem dederit, ſi inuitus in ius trahatur injuriarum actionẽ habet, l. ſi vero §. 1. ff. qui ſatiſd. cog. mul-

to magis ergo ſi ſoluerit, & ipſo iure nexus diſſolutus ſit per compẽſationem, quinimo dolo creditor carere non videbitur, qui ſe debitorem eſſe debitori ſuo ignorare nõ poterit cui mox eſt ſoluturus, l. dolo ff. de dol. except. Item poſtquam compenſatio iuris & legis ſit, quæſtio quidem facti ad iudicem pertinet, l. quod in diẽ §. fin. ff. de compenſa. l. ſin autem §. ſi quocunque modo ff. de neg. geſt. ſed ſi ſemel conſtiterit in eius non eſt poteſtate, l. 1. §. 1. ff. ad S.C. Turpilia. hinc quoque certum erit inuito altero cõpenſationem opponi, cum iuris ſit & ſolutionis vim habeat, quæ vt repugnanti creditori interdum fieri ſolet, l. qui decem ff. de ſolu. l. acceptam C. de vſur. ſic & à nolente debitore extorquetur, quia iuris neceſſitatem continet §. 1. de obliga. apud Iuſtinia. nec obeſt quod male agere dicatur l. verũ. ff de compenſatio. cui

opponi

poſſit opponi compenſatio, & ita actioné ei dari dici poſſit, ſed exceptione tolli l. 1. ff. quād. dies vſufr. leg. ced. quod ſi verum eſt ipſo iure non minuetur actio. Nam ſciendum eſt duobus modis actorem inutiliter agere, primo, defectu iuris ſui & actionis ſibi datæ vt ille qui ex nudo pacto agit, vel ob ius reo competens, quod vel ipſo iure ei datum eſt, vel per exceptionem, primo caſu non poteſt quidem iudex impedire actionem, quia ei non cōſtat de iure rei, & ideo malè dicitur agere ſecundū legē, ſed cum ſemel & quandocunque conſtiterit, inutiliter actor egiſſe videtur. Itaque hoc etiā opponi poteſt, poſt rem iudicatam, quia iuris eſt & ipſo iure naſcitur, vt & ſolutio: ſecundo caſu malè ſemper agit actor, quia datur etiam reo ſciente actio per iuris authoritatē ſed tollitur facto, id eſt, exceptione, vnde ſi non opponatur

ante rem iudicatam exceptio videtur remiſſa l. exceptionem C. de proba. Poſtremus effectus eſt vt per compẽſationem ſolidum cõſequamur, cùm alioquin partis diminutio facienda ſit, l. ſi cum filio ff. de compenſa. non enim iudicium ſuſcipere cogimur, niſi & aduerſarius in ſolidum ſeſe defendere ſit paratus, l. 3. §. ſi filia-familias ff. rer. amot. iſtud rationem habet ſummam, quia cum cõpenſatio doli exceptionem contineat, §. in bonæ fidei de act. per illam hoc licet quod vi actionis eſſet inutile, l. pure §. fin. ff. de dol. mal. & met. excep. quod ei planè conuenit quod in ſuperioribus diximus, eũ qui nõ poteſt conueniri vltra quàm facere poſſit propter iuris exceptionem, in ſolidum compenſationem pati cogendũ, eo quod hæc exceptio obligationem nõ perimat, ſed humanitatis gratia detur l. 1. C. qui bon. ced. poſſ.

FINIS.

DE PETRI BELOII IVRISCONSVLTI ET Regij Conſiliarij libro Endecaſyllabi.

SVRGET Roma iterũ, caputque mundo
Triumphale iterum exeret ſuperba?
Quæ iam non regio timet renaſci
Auguſtum imperio? repulſa dudum
Qui victor iuga gentium ſubactæ
Ceruici referat, ſuiſque terras
Armis concutiat remotiores?
Iam leges venerabiles Quiritum
Quondam terribili ſuperbientis
Oppreſſæ Capitolij ruina
Extremis populis minantur, atque
Antiquum obſequium ſibi repoſcunt.
Cur non Cæſaribus redire detur
Atque vrgere homines nouis triumphis,
Quando Scæuola, Paulus, Vlpianus
Ciuilis ſapientiæ Quiritum

Clara lumina, ſeculo renati
Noſtro, iam tabulas decemuirales
Romanaſque iubent vigere leges,
Exæſa & monumenta quæ profundis
Olim vrbis dominæ eruunt ruinis?
Ridetis, pueriſque me putatis
Planum obtrudere fabulas aniles?
Ipſa eſt credite veritas, & hoc me
Per ſomnum monuit nepos Atlantis,
Qui te Gallia curat & tuorum
Artes ſollicitus fouet virorum.
Non (inquit) nimis ô ſupine, cernis
Romani proceres toga & loquella
Mentiti patriam genuſque Gallum
Vt vos ſollicitant patrum relictis
Aſpris moribus, inſtituta, leges
Et decreta ſequi vetuſta, quondam
Quæ fixit populis timenda Roma?
En Cuiacius ille quem putatis
Gallum, Scæuola Scæuola eſt Latinus.
Veſtem ponere gallicam iubete,
Et non ficta loqui iubete verba,
Latus incipiet patere clauus,

Romana incipient ſonarė verba.
Agnoſci metuens latet Roaldes,
At qui nouerit vt latina Paulus
Tot reſponſa dabat, iubebit illum
Cauſam dicere, nominis reumque
Mutati arguet, arguetque falſi.
Belloius ſimili dolo latere
Nomen poſſe putat, ſed Vlpianum
Agnoſcit reſonatque voce læta
Quiſquis aure auida bibit legitue
Reſponſa, aut potius periculoſis
Verè oracula ciuium negotis.
Hi tres vnanimes pari labore,
Coniurata opera, erutas ruinas
Romæ reſtituunt ſuo decori,
Vt quæ barbara diſſipauit ira
In corpus redeant, nouumque poſſint
Splendorem veteris referre Romæ.
Me ſomnus ſimul vt leuis reliquit
Ne ſint illa, precor, benigna Romæ
Mercuri omina, iam dedere Romæ
Quicquid Dj potuere, at illa fato
Aucta & lapſa ſuo eſt, redire neſcit

Quæ fortuna ſemel pedem reflexit.
Nunc terræ imperium, fauorque fati
Gallis debitus eſt Procella ventis
Vndarum & rabido furens tumultu
Cum rupem ſtabili ſolo refixam
Fruſtra concutijt, freta in reductis
Tandem aquis patitur quieta pandi
Atque aram placidas caput per vndas
Tollere ambitioſiore fronte.
Sat ſat ſanguine terra Gallicano
Exundans ſuperûm repreſſit iras,
Nunc gallis placida aduocata pace
Maiorum pietas redit, fideſque.
Nunc nunc gallica ſceptra pertumentes
Barbaros, viam agente vi, ferent ſe
Nam nobis ſuperum fauore multo
Alexander adeſt nouus, triumphis
Onuſtus, geminis nitenſque ſceptris.
Ille poſt dubias grauesque pugnas
Vt pacem peperit ſuis, ſibique
Laudis eximios decoræ honores,
Quas ſenſit ſuperum adfuiſſe grates
Has gratus ſuperis referre tentat,

Cuncta religioſiore cultu
Ordinans ſacra, Romuluſque nuper
Nunc erit Numa: Dj pio fauete.
Gallis interea Hercules renatus
Externa arma parat, paratque toto
Orbi ſeruitium, & ſibi triumphos,
Et ſeruire negantibus cathenas,
Et ſeruire volentibus quietem.
Hos dum Gallica principes tenere
Sceptra, fata ſinent, ſinentque Gallos
Concordi pietate ius & æquas
Leges excolere acriore cura,
Et Cuiacius & bonus Roaldes
Et Beloius erunt ſacri Senatus
Gallorum proceresque, principeſque,
Noſtri denique Scæuolæ Vlpiani.
Ergo ſpes ſtudijs tuis ſecundæ
Addantur ſtimuli velut graueſque
O Belloie tuos iuuent labores.
Spondent fata tuis benigna muſis
Mercedem meritam, fauorque Regum
Addictus ſtudijs vocat labores
Doctorum ad ſua præmia, atque honores.

Et ſi ingratus erit potentiorum
In muſas animus, ſuo recludet
Tum virtus meritas opes laberi,
Quæ neſcit violenta per iacentes
Frangi, repereque inter otioſos.
Sed penna celeri ſacræ acta laudis,
Glorięque ſuperbientis alis,
Fertur ambitioſiore curſu
Æterna in ſpatia, inuidoſque ridet
Qui morſu rabido, oreque impotenti
Quicquid eminet impetunt inanes.

G. Varius adſcribebat.

Errata non omnia noto quia plura ſunt quàm par ſit hoc habe ſolum quod eſt in limine lib. prim. in verſ. D. And. Neſmundi vbi legendum indicium pro iudicium, reliqua quę ad ré ipſam pertinét benignus Lector facile adnotabit.

27

139


calibrite
colorchecker CLASSIC
mm